Fere itaque et singulariter unicuique et communiter omnibus finis quidam est, quem coniectantes et eligunt et fugiunt. et hoc est, ut in summa est dicere, felicitas et partes ipsius. quare exempli gratia sumamus, quid est ut simpliciter est dicere felicitas et ex quibus partes huius. de hac enim et de his quae in hanc tendunt et de contrariis huic exhortationes et dehortationes omnes sint. quae enim procurant ipsam aut partium aliquam aut maiorem pro minori oportet agere; quae autem corrumpunt aut impediunt aut quae contraria faciunt non agere. sit itaque felicitas eupraxia cum virtute, vel per se sufficientia vitae, vel vita quae cum infallibilitate delectabilissima, vel abundantia possessionum et corporum, cum potentia servativa et activa horum. fere enim aliquid horum aut unum aut plura felicitatem confitentur esse omnes. si itaque est felicitas tale, necesse ipsius esse partes nobilitatem, multitudinem amicorum, bonorum amicitiam, divitias, bonam prolem, multitudinem prolis, bonam senectutem; adhuc corporis virtutes: puta sanitatem, pulchritudinem, robur, magnitudinem, potentiam agonisticam; gloriam, honorem, bonam fortunam; virtutem aut partem ipsius: prudentiam, fortitudinem, temperantiam, iusti-

---

1 quibus] qualibus? 2 quod ad legisl. om M 3 descriptiones] περίοδοι 7 numero om M 8 et dehortari om M ἢ ἀποτρέπειν cum A pr 10 itaque] utique E δὲ 16 quae enim] om μὲν ipsam] ταύτην 17 minori] om ποιοῦντα 22 enim fere M σχεδὸν γάρ τι τούτων ἢ ἓν ἢ? 28 aut partem] ἢ καὶ τὰ μέρη 29 σωφροσύνην δικαιοσύνην cum vet. edd.

tiam. sic enim utique per se sufficientissimus erit, si existant ipsi interiora et exteriora bona. non sunt enim alia praeter haec. sunt autem in ipso quidem quae circa animam et quae in corpore, extra autem bonitas generis, et amici et pecuniae et honor; adhuc autem convenire putamus potentiam inesse et fortunam. sic enim utique securissima vita erit. sumamus igitur similiter et horum unumquodque quidem quid est. nobilitas quidem igitur est genti et civitati sui iuris antiquos esse et praesides primos insignes et multos insignes prodiise ex ipsis in his quae zelantur. singularis autem nobilitas quae a viris aut mulieribus, et legitimitas ab ambobus. et sicut in civitate primos notos aut in virtute aut in divitiis aut in alio eorum quae honorantur et multos insignes ex genere, et viros et mulieres, et iuvenes et senes. bona autem proles et multitudo prolis non inmanifesta. est autem communi quidem bonitas prolis, iuventus si sit multa et bona. bona autem secundum virtutem quidem corporis; puta magnitudinem et pulchritudinem, robur, potentiam agonisticam; animae autem, iuvenis virtus, temperantia et fortitudo. singularis autem bonitas prolis et multitudo, singulares natos multos et tales esse et feminas et masculos. feminarum autem virtus corporis quidem pulchritudo et magnitudo; animae autem temperantia et amor operositatis sine servilitate. sic autem singulariter et communiter et quantum ad viros et quantum ad mulieres oportet quaerere unumquodque talium inesse. quibuscunque enim ea quae secundum mulieres sunt prava, quemadmodum Lacedaemoniis fere secundum dimidium non sunt felices. divitiarum autem partes numismatis multitudo, terrae villarum possessio et multitudine et magnitudine et pulchritudine differentium;

---

5 potentiam] potestatem V δυνάμεις 7 quidem] Graecis deest 8 genti] om μὲν sui iuris] αὐτόχθονας ἢ 10 singularis] ἰδία? quae a] ἡ ἀπ' pro ἢ ἀπ'? 11 legitimus M legitimis V 12 aut in] aut est M aut cum V ἢ ἐπ' ἀρετῇ ἢ πλούτῳ ἢ ἄλλῳ 14 seniores? 15 communis V communius M quidem] quaedam MV 17 quidem] om Graeca 18 iuvenis virtus] νέου ἀρετὴ σωφροσύνη καὶ ἀνδρία? 19 singularis] singulare M ἰδία? an singulariter? 23 communiter] καὶ ἰδίᾳ 29 et multitudine .. differentium] male huc illata, sic etiam A apud Victorium

adhuc autem supellectilium possessio et servorum et pecudum et multitudine et magnitudine differentium. omnia autem haec non fallacia et liberalia et utilia. sunt autem utilia quidem magis fructifera, liberalia autem quae ad fruitionem. fructifera autem dico a quibus proventus. fruibilia autem a quibus nihil quam dignum sit praeter usum. et terminus autem verae possessionis quidem hic et ita possedisse ut in ipso sit usus ipsorum, ita quod remaneant sibi aut non, cum in ipso sit alienare. dico autem alienationem donationem et venditionem. totaliter autem divitem esse est in uti magis quam in possidere. etenim operatio est talium et usus divitiae. bona autem opinio est ab omnibus studiosum existimari, vel tale aliquid habere quod omnes appetant aut multi aut boni aut prudentes. honor autem est quidem benefactivae opinionis signum. honorantur autem iuste quidem maxime qui beneficia praestiterunt. non solum sed honoratur etiam qui potest beneficiare. beneficientia autem quae ad sanitatem et quaslibet causas essendi, aut ad divitias aut ad aliquod aliorum bonorum, quorum non est facilis possessio aut totaliter aut hic aut tunc. multi enim propter ea quae videntur parva honorem adipiscuntur. sed modi et tempora sunt causae. partes autem honoris sacrificia, recordationes in metris et sine metris, constructio templi antiqua, primorditas sedis, monumenta, imagines, alimenta publica, quae barbarorum, puta adorationes et extases, dona quae apud singulos pretiosa. etenim donum est rei possessae datio et honoris signum. propter quod amatores pecuniarum et amatores honoris appetunt ipsa. ambobus enim habet quibus indigent; et pecunia est qua indigent amatores pecunia-

1 servorum et pecudum] βοσκημάτων καὶ ἀνδραπόδων, illud marg. cod A 2 et magnitudine om E 3 non fallacia] καὶ ἀσφαλῆ 5 nihil praeter usum fit quod et dignum. terminus? 7 hic] hic dicitur V 8 ita quod] τοῦ τε οἰκεῖα εἶναι sit] non sit MV 13 aut multi] ἢ οἱ πολλοί 15 quidem maxime] μὲν καὶ μάλιστα 17 quae ad] ἢ εἰς σωτηρίαν 18 ad ante divitias om M 19 aut tunc] ἢ τότε? aut nunc M 20 sed modi] ἀλλ' οἱ τρόποι 22 constructio templi antiqua] γέρα τεμένη 24 puta om MV 26 amatores] καὶ οἱ φιλοχρήματοι 27 ambo enim habent E 28 et pecunia] etenim potentia E

rum, et honorem habere quo amatores honoris. corporis autem virtus sanitas. haec autem sic, ut sint sine aegritudine utentes corporibus. multi enim sani sunt, sicut Herodicus dicitur, quos nullus utique felicitabit sanitate, propter quod ab omnibus abstinere humanis aut pluribus. pulchritudo autem altera secundum unamquamque aetatem est. iuvenis quidem pulchritudo est habere corpus utile ad labores eos .s. qui ad cursum et ad violentiam, delectabilem existentem videre et ad fructionem, propter quod pentathloi pulcherrimi quod ad violentiam et ad velocitatem simul nati sunt. eiusdem autem qui attingit acme ad labores bellicos, delectabilem autem videri esse cum terribilitate. senis autem ad labores quidem necessarios sufficientem, sine tristitia autem propterea quod nihil habeat eorum quibus senectus molestatur. robur autem est quidem potentia movendi alterum ut vult. necesse autem movere alterum aut trahentem aut pellentem, aut levantem aut prementem aut concutientem. quare robustus aut omnibus aut aliquibus horum est robustus. magnitudinis autem virtus excedere secundum longitudinem et profunditatem et latitudinem multos in tanto maiori, ut non fiant tardiores motus propter excessum. agonista autem virtus corporis componitur ex magnitudine et robore et velocitate; etenim velox robustus quidem est. qui potest tibias proiicere aliqualiter et movere cito et longe cursivus est. qui autem deiicere et detinere, luctativus est. qui autem propellere ictu pugillativus. qui vero ambobus his perfecte obtentivus; qui autem omnibus pachilis. bonitas autem senectutis est quidem tarditas senescentiae cum absentia tristitiae. neque enim si cito senescit, bene senescens, neque si vix cum tristitia autem. est autem et ex corporis virtutibus et a fortuna. non sine aegritudine enim existens neque robustus non erit impassibilis, neque sine

1 habere] habet? quo et amatorem M 5 plurimis? 6 quidem] μὲν οὖν autem E 8 videre et ad] ἰδεῖν πρὸς 11 attingit acme] quae contigit contingere 15 ut vult — alterum post pellentem MV 20 in del? fiant] faciant? ποιεῖν 21 agonistica? 23 robustus quidem] ἰσχυρὸς 26 perfecte — pachilis om M 27 est quidem] ἔστι 28 abstinentiae tristitiae MV 29 vix] μόγις μὲν 31 non om MV

tristitia et non longevus, neque utique bene fortunatus permanebit. est autem quaedam et sine robore et sanitate alia virtus longaevitatis. multi enim sine corporis virtutibus longaevi sunt, sed diligens pertractatio de his nihil utilis ad ea quae nunc. multorum autem amicitia et bonorum non inmanifesta, amico definito, quod est amicus talis qui eorum quae putat bona esse illi operativus est propter illum. cui itaque multi tales polyphilus; cui autem et epiekes christophilus. bona fortuna autem est eorum quibus fortuna est causa bonorum quod haec fiant et existant omnia aut plurima aut maxima. causa autem est fortuna quorundam quidem quorum et artes, multorum et quae extra artem, puta quorumcunque natura. contingit autem et praeter naturam esse; sanitatis quidem enim ars causa. pulchritudinis autem et magnitudinis natura. totaliter autem talia bonorum sunt a fortuna in quibus est invidia. est autem et eorum quae extra rationem bonorum causa fortuna, ut puta si alii fratres turpes, unus autem pulcher et si alii nescierunt thesaurum, hic autem invenit; aut si propinquum tetigit sagitta, hunc autem non; aut si non venit solus semper pertransiens; alii autem semel venientes interempti sunt. omnia enim talia enfortunia videntur esse. de virtute autem quum convenientissimus qui circa laudes locus, quando de laude faciemus sermonem, tunc determinandum. quae quidem igitur oportet coniectare adhortantes tamquam futura aut existentia et quae dehortantes, manifestum; contraria enim sunt horum.

Cap VI.

Quoniam autem proponitur finis consulenti conferens, consiliantur autem non de fine, sed de his quae ad finem,

---

1 et non longevus] *καὶ πολυχρόνιος* bene fortunatus] *ἂν εὐτυχὴς* legit 2 virtus] *δύναμις* 7 est] *ἐστιν αὐτῶν* 8 christophilus] q u i e s t a r i s t o p h i l u s MV *ἄνδρες χρηστόφιλοι* 10 omnia] *ἢ πάντα* 18 et si alii] *ἢ οἱ ἄλλοι* 20 semper] s e m p e r v e l s a e p e MV 24 adhortantes] *προτρέποντας .. ἀποτρέποντας*, ut omnes praeter A

haec autem sunt conferentia secundum actiones, conferens autem bonum, sumenda utique erunt elementa de bono et conferente simpliciter. sit itaque bonum quodcunque ipsum sui gratia est eligibile et cuius gratia aliud eligimus; et quod omnia appetunt aut omnia quae sensum habent et intellectum, vel si acceperint intellectum, et quaecunque intellectus unicuique dederit. h. enim unicuique bonum, et quo praesente bene disponitur et sufficienter habet; et quod per se sufficiens; et factivum aut conservativum horum; et ad quod sequuntur talia; et prohibitiva contrariorum et corruptiva. sequuntur autem dupliciter; aut enim simul aut posterius; puta addiscere quidem scire posterius, convalescere autem vivere simul. et factiva tripliciter, haec quidem ut convalescere sanitatis, haec autem ut alimenta sanitatis, alia vero ut exercitari, quod ut in pluribus facit sanitatem. his autem positis, necesse sumptiones bonorum bonas esse et malorum abiectiones. assequitur enim huic quidem non habere malum simul, huic autem habere bonum posterius; et pro minori bono maioris acceptio. et virtutes autem necesse bonum esse; secundum has enim et bene disponuntur habentes, et factivae bonorum sunt et activae. et de unaquaque autem et quae et qualis seorsum dicendum. et delectationem bonum esse. omnia enim animalia appetunt ipsam natura. quare et pulchra et delectabilia necesse est bona; haec quidem enim delectationis factiva; bonorum autem haec quidem delectabilia, haec autem ipsa secundum se eligibilia sunt. ut autem secundum unum dicere necesse bona haec esse. felicitatem; etenim secundum se eligibilis, et per se sufficiens et gratia ipsius multa eligimus; iustitia, fortitudo, temperantia, magnanimitas, magnificentia et alii tales habitus. virtutes enim animae. et sanitas et pulchritudo et talia. virtutes enim cor-

4 aliud om V 5 et intellectum] ἢ νοῦν 7 dederit] exciderunt verba καὶ ὅσα ὁ περὶ ἕκαστον νοῦν ἀποδίδωσιν ἑκάστῳ enim] est? 9 horum] τῶν τοιούτων 16 sumptiones bonorum] bonorum acceptiones M 19 acceptio] desunt verba καὶ ἀντὶ μείζονος — τοῦ δ' ἀποβολή. 24 pulchra et delectabilia] ἡδέα καὶ καλὰ est om E scrib. bona esse 25 bonorum] pulchrorum? 27 haec bona esse M felicitatem] εὐδαιμονία 28 eligibile?

poris et factivae multorum, ut puta sanitas et delectationis et ipsius vivere. propter quod et optimum videtur esse, quum duorum quae apud [omnes] multos pretiosissima sunt causa est delectationis et ipsius vivere. divitiae; virtus enim possessionis et factivum multorum. amicus et amicitia. etenim secundum se eligibilis amicus et factivus multorum. honor gloria. etenim delectabilia et factiva multorum; et assequitur ipsis ut frequenter assistant ea in quibus honorantur. potentia dicendi, agendi; factiva enim omnia talia bonorum. adhuc bonae aptitudines, memoriae, faciles disciplinatus solertia et omnia talia; factivae enim bonorum hae potentiae sunt. similiter autem et scientiae omnes et artes. et vivere; si enim nullum aliud sequatur bonum, secundum se eligibile est. et iustum; conferens enim communiter est. haec quidem igitur fere confessa bona sunt. in dubiis autem ex his syllogismi. cui contrarium malum, hoc bonum, et cuius contrarium inimicis expedit, puta si timidos esse maxime inimicis, palam quod fortitudo maxime proficua civibus. et totaliter quod inimici volunt aut in quo gaudent, contrarium huic proficuum videtur; propter quod bene dictum est: profecto gaudet Priamus. est autem non semper hoc, sed ut frequenter. nihil enim prohibet aliquando eadem expedire contrariis. unde dicitur quod mala congregant homines, quando est idem nocivum ambobus. et cuius non est superabundantia, hoc bonum; quodcunque autem fuerit maius quam oportet, malum. et cuius gratia multa laborata sunt aut multa sunt expensa; apparens enim bonum iam, et ut finis quod tale existimatur et finis multorum; finis autem bonum. unde haec dicta sunt: dedit gloriam Priamo; et turpe et diuturnum sufferre, et

---

3 omnes om MV 4 et ipsius vivere] καὶ αὐτοῦ τοῦ ζῆν? item v. 1. 2 et divitiae MV virtus om MV possessionis et] et possessio est V 10 aptitudinis M εὐφυΐαι? facilis? et omnia] πάντα 14 conferens enim] conferens tot modis enim conferens igitur V et omissis tot modis M 17 maxime] μάλιστα συμφέρει 20 dictum] factivum E gaudet] κεν γηθήσαι 22 eadem] ταὐτὸ 26 aut multa sunt expensa] ἢ δεδαπάνηται 27 quod] iam quod E 29 dedit] καδδέ κεν turpe] αἰσχρόν τοι

proverbium quod in ianuis ydriam. et quod multi appetunt et circumpugnabile apparens. quod enim omnes appetunt, hoc bonum erat. multi autem velut omnes videntur. et laudabile. nullus enim non bonum laudat. et quod inimici et pravi laudant; velut enim omnes iam confitentur si et quod qui male passi. propter evidentiam enim confitebuntur utique. sicut et pravi quos amici vituperant, et boni quos inimici laudant. propter quod maledicti fuisse Corinthii putabant a Simonide qui poesim fecit: Corinthiis autem non querelas movebat Ilion. et quod prudentum aliquis aut bonorum virorum aut mulierum praeiudicavit: puta Ulixem Pallas, aut Helenam Theseus et Alexandrum deae et Achillem Homerus; et totaliter eligibilia. eligunt autem eligere praedicta, et inimicis mala et amicis bona. et possibilia. possibilia autem dupliciter sunt, et quae fiunt utique et quae facile fiunt. facilia autem quaecunque sine tristitia et in modico tempore. difficile enim determinant aut tristitia aut multitudine temporis. et si ut volunt; volunt autem ut nullum malum aut minus bono. hoc autem erit vel si lateat molestia vel si parva sit. et propria; et quae nullus. et superflua; honor enim sic magis. et congruentia sibi. talia autem quae conveniunt secundum genus et potentiam. et in quibus deficere putant, et si modica sit. nihil enim minus eligunt haec agere. et quae bene operabilia: possibilia enim ut facilia. bene operabilia autem quae omnes aut multi aut similes aut quae minores direxerunt. et quae donantur amicis aut quae auferuntur ab inimicis. et quaecunque illi quos mirantur praeeligunt agere. et ad quae bene nati sunt et experti; facilius enim dirigere putant. et quae nullus pravus; laudabile enim magis. et considerantes adipiscuntur. non enim

1 proverbium quod] *παροιμία δὲ τὸ ἐπὶ* ydria M 4 nullus] talis M et pravi laudant om M 5 confitentur et si quod si mali passi M 9 non querelas] q̃ rxias M *οὐ μέμφεται* 11 aut Helenam] *καὶ Ἑλένην* 13 eligere] agere? *πράττειν* 14 possibilia autem] *ταῦτα δὲ* 15 facilia] talia M 17 si ut] si E nunc si ut M 18 aut nullum? 20 honor om M 22 sint? 25 aut quae minores] *ἢ οἱ ἥττους* 26 quae auferuntur ab] auferuntur M *ἃ ἀπεχθήσονται* 29 considerantes] *ὧν ἐπιθυμοῦντες*. quae desiderantes?

solum delectabile, sed et melius videtur. et maxime singuli ad quae tales sunt; puta amatores victoriae, si victoria erit; ambitiosi, si honor; avari, si pecuniae et alii eodem modo. de bonis quidem igitur et conferente ex his sumendum persuasiones.

Cap. VII.

Quoniam autem saepe confitentes ambo conferre de eo quo magis dubitant, consequenter utique erit dicendum de maiori bono, et magis conferente. sit itaque excedens quidem tantum et amplius, excessum autem quod inexistit. et maius quidem semper et plus ad minus; magnum autem et parvum, et multum et paucum ad multorum magnitudinem. excedens quidem magnum, deficiens autem parvum, et multum et paucum eodem modo. quum igitur bonum dicimus quod ipsum sui gratia et non alterius eligibile, et quod omnia appetunt, et quod intellectum et prudentiam habentes eligent utique, et factivum et servativum, vel ad quod sequuntur talia, quod autem cuius gratia finis est, finis autem est, cuius gratia alia, ipsum autem bonum quod ad ipsum haec patitur, necesse plura uno et paucioribus, connumerato uno aut paucioribus maius bonum esse; excedit enim; quod autem inexistit exceditur. et si maximum excedat maximum, et ipsa ipsa, et quaecunque ipsa, ipsa, et maximum maximum; puta si maximus vir maxima muliere maior, et totaliter viri mulieribus maiores, et vir maximus maxima muliere maior; proportionaliter enim habent excessus generum et maximorum quae in ipsis. et quando hoc quidem sequitur ad hoc, illud autem ad hoc non; sequitur autem aut simul aut [dicitur esse maius bonum] consequenter aut potentia; inexistit enim usus eius quod sequitur in eo quod alterius. sequitur autem simul quidem ipsi sanari et vivere. hoc autem ad id non, poste-

3 et alii om E 4 bonis] *ἀγαθοῦ*. bono? 15 et quod] quod et M habentes] *νοῦν ἂν . . λαβόντα ἕλοιτο*, sed E et corr. A *λαβόντες ἕλοιντο* 16 vel om E 18 ipsum autem bonum] *αὐτῷ δὲ ἀγαθὸν* 27 dicitur . . bonum om M 30 et vivere] ipsi vivere M *τὸ ζῆν*

rius autem ad addiscere scire; potentia vero ad sacra praedari defectum sustinere; qui enim sacra praedatus fuit si forte defectum patietur. et excedentia idem in maiori maiora, necesse enim excedere maius. et maioris boni factiva maiora. hoc enim erat esse factivum maioris. et cuius factivum maius eodem modo. si enim salubre eligibilius delectabili et maius bonum, et salus delectatione maior. et quod eligibilius secundum se, puta robur salubri. hoc quidem enim non sui gratia, hoc autem sui. quod quidem erat bonum. et si sit hic quidem finis, hic autem non finis. hoc quidem enim alterius gratia, hoc autem sui; puta exercitari gratia bene habendi corpus. et quod minus indiget altero quam alterius. magis sufficiens enim. minus autem indiget quod paucioribus aut facilioribus indiget. et quando hoc quidem sine hoc non erit aut non possibile erit fieri, alterum autem sine hoc. magis sufficiens autem quod non indiget; quare videtur maius bonum. et si sit principium, hoc autem non principium; et si sit causa, hoc autem non causa propter idem, sine causa enim et principio impossibile esse aut fieri. et in duobus principiis quod a maiori principio maius. et in duabus causis quod a maiori causa maius. et e converso autem duorum principiorum quod maioris principium maius. palam igitur ex dictis quod utroque modo est videri maius. etenim si principium, hoc autem non principium, videbitur maius. et si non principium. finis enim maius et non principium. sicut Leodamas accusans Callistratum dixit eum qui consulit

---

3 idem in maiori maiora] quidem maiora maiori M τοῦ αὐτοῦ μείζονι μείζω 4 maius] καὶ τοῦ μείζονος . in maiora quia maius M et V qui quod habet 9 hoc ante autem om M, sui gratia E 12 quam alterum MV ἢ ἑτέρων 15 autem om M aut E 21 et e converso autem] καὶ ἀνάπαλιν δὴ A sed alii δὲ 22 palam] ante hoc exciderunt καὶ δυοῖν αἰτίοιν τὸ τοῦ μείζονος αἴτιον μεῖζον. 23 est videri maius] μεῖζόν ἐστι, sed A apud Vict. Gaisf. addit φαίνεσθαι 24 maius] μεῖζον εἶναι 25 et si non principium] καὶ εἰ μὴ ἀρχή, τὸ δὲ ἀρχή. et si hoc principium n (c) maioris ad autem non principium M, unde adde hoc autem non principium 26 consultat M consuluit?

iniuriam facere magis eo qui operatus fuit; non enim egisset si consilium non praecepisset. iterum autem Chabriam eum qui egit eo qui consuluit; neque enim factum fuisset, si non fuisset qui egisset. huius enim gratia consulere quatenus agant. et quod rarius est eo quod sine invidia: puta aurum ferro minus in usu existens. maior enim proportio propterea quod difficilior sit. alio modo quod sine invidia raro quia usus excedit; quod enim multocies excedit quod pacies. unde dicitur: optima quidem aqua. et totaliter difficilius faciliori. rarius enim. alio autem modo quod facile difficiliori, habet enim ut volumus. et cuius contrarium maius. et cuius privatio maior, et virtus. non virtute et malitia non malitia maius. haec quidem enim fines, haec autem non fines. et quorum opera pulchriora aut turpiora maiora ipsa. et quorum malitiae et virtutes maiores, et opera maiora. quum ut causae et principia. et quae proveniunt utique proveniunt, causae et principia. et quorum superabundantia eligibilior aut pulchrior, puta subtiliter videre eligibilius ipso odorare. etenim visus olfactu. et amatorem sociorum esse quam amatorem pecuniarum magis pulchrum. quare amor sociorum amore pecuniarum. et opposite etiam meliorum excellentiae meliores et pulchriorum pulchriores. et quorum desideria pulchriora aut meliora. maiores enim appetitus maiorum sunt. et pulchriorum et meliorum desideria meliora et pulchriora propter idem. et quorum scientiae pulchriores et studiosiores, et res pulchriores et magis studiosae. ut enim se habet scientia et veritas. praecipit aut quae ipsius unaquaeque, et

---

1 qui] quod E quidquid M qui quid? egisset] ἂν πραχθῆναι 2 Chabriam] καὶ χαβρίου 6 proportio] p ass° M possessio? κτῆσις 7 alio modo] ἄλλον δὲ τρόπον raro quia usus] iam quia M 8 quod enim multocies excedit om E quod pacies] τοῦ ὀλιγάκις 10 quod facile] τὸ ῥᾷον 11 et cuius] etenim E καὶ ᾧ 14 turpiora] meliora V 16 ut quae? 17 causae] καὶ τὰ αἴτια 20 magis pulchrum] μᾶλλον κάλλιον quare] ὥστε καὶ 23 meliora] meliora. meliora et pulchriora MV maiores — maiorum] aut meliores sunt ipsa enim appetitus meliorum M 24 et meliorum] δὲ ἢ καὶ βελτιόνων 26 ut enim] sic enim VM 27 veritas] τὸ ἀληθές veritas sicut res MV aut] scrib. autem

studiosiorum autem et pulchriorum scientiae proportionaliter propter hoc. et quod iudicabunt utique vel iudicaverunt prudentes aut multi aut plures aut optimi bonum vel maius, necesse sic habere aut simpliciter aut si secundum prudentiam iudicaverunt. est autem hoc commune et in aliis. etenim quid et quale et quantum ita se habet si utique scientia et prudentia dixerit. sed de bonis diximus. definitum est enim bonum quod si res haberet prudentiam eligeret utique unaquaeque. palam igitur quod et maius quod magis prudentia dicit. et quod melioribus inest aut simpliciter aut quia meliores, ut puta fortitudo robore. et quodcunque eligeret melior aut simpliciter aut quod melior, ut puta iniuriam pati magis quam iniuriam facere . h. enim iustior eliget utique. et delectabilius minus delectabili; delectationem enim omnia prosequuntur et gratia ipsius appetunt delectari. diffinitum est enim his bonum et finis. delectabilius autem quod magis sine tristitia et diuturnius delectabile. et melius minus bono; bonum enim est aut delectabile aut quod secundum se eligibile. et quorumcunque ipsi sibi vel amicis volunt causa esse magis, haec maiora bona. quorumcunque autem minime, maiora mala. et diuturniora minus diuturnis et firmiora minus firmis excedit enim usus, horum quidem tempore, horum autem voluntate; cum enim volunt existit magis qui firmi. aut utique ex coniugatis et similibus casibus. et alia assequuntur; puta si fortiter melius et eligibilius quam temperate, et fortitudo temperantia et fortem esse quam temperate vivere. et quod omnes eligunt quam id quod non omnes, et quod plures

---

2 hoc] *ταῦτα* prudentes] *οἱ φρόνιμοι ἢ πάντες* 3 vel maius] vel malum MV, del vel 4 aut si] *ἢ ἢ* 6 quale et quantum] *ποσὸν καὶ ποιὸν* si utique] si om M *ὡς ἂν* scrib. ut utique 7 finitum enim est MV 8 bonum] *ἀγαθὸν εἶναι* res om E scrib. haberent .. eligerent 11 eligere M scrib. eliget utique 12 pati .. iniuriam om MV 13 delectabilius minus delectabili . . . et finis om E 15 diffinitum est enim] *ὥρισται δὲ* 16 diutius M 17 et melius] *καὶ τὸ κάλλιον τοῦ ἧττον καλοῦ· τὸ γὰρ καλὸν* . et melius — est aut om M 19 ipsi sibi] ipsis M amicitiae M 23 existunt maius quod firmius M aut utique] *καὶ ὡς ἂν* 25 temperantia] *σωφροσύνης αἱρετωτέρα* 27 id quod non omnes] *τοῦ μὴ ὃ πάντες*

quam quod pauciores; bonum enim erat quod omnes appetunt. quare et maius quod magis. et quod litigantes potentiores inimici vel quam quos isti iudicant . h. quidem enim ac si omnes dicent est . h. autem praecipui et scientes. et aliquando quidem quo omnes participant maius. utilitas enim non participare. aliquando autem quo nullus aut quo pauci. rarius enim. et laudabiliora. meliora enim. et quorum pretia maiora; pretium enim velut dignitas quaedam est. et quorum damna maiora. et quod confessorum aut apparentium magnorum maiora. et divisa autem in partes maiora videntur; per plura enim excedit aut videtur, unde et poeta aiit: dicentem persuades Meleagrum per singula vocare quot mala hominibus approximant, quorum civitas capitur; populi quidem permittuntur, civitatem autem exurit ignis, pueros autem alii dimittunt. et componere autem et accumulare, quemadmodum et Epicharmus, propterea quod idem divisioni. compositio enim excessum dat multum et quia principium videtur magnorum et causa. quoniam autem quod difficilius et rarius maius, tempora et aetates et loca et anni et potentiae faciunt magna. si enim extra potentiam et extra aetatem et extra similes et aut sic aut hic aut nunc habebit magnitudinem et bonorum et pulchrorum et iustorum et contrariorum. unde et inscriptio Olympionico: anterius quidem aspectum habens et super utrumque humerum isultum piscis ex navi in terra ferebatur. et in ficiētes ipsum laudabat dicens ex quibus exissent haec. et quod per se natum adventicio; difficilius enim.

---

1 quam quod pauciores] ἢ οἱ ἐλάττους, sed M om praecedens quod 2 potentiores inimici vel] vel om M ἢ οἱ ἐχθροὶ ἢ οἱ κρίνοντες 5 utilitas] ἀτιμία vilitas? 7 maiora] μείζους, ὡσαύτως 10 partes] τὰ μέρη τὰ αὐτὰ 11 per plura — videtur om M πλειόνων γὰρ ὑπερέχειν φαίνεται 12 persuades] πεῖσαι per singula vocare] ἀναστῆναι 15 componere autem] συντιθέναι, sed M om autem 17 dat] δείκνυσι 19 tempora] καὶ οἱ καιροὶ 21 et aut sic] καὶ εἰ οὕτως aut nunc] ἢ τόθ' scrib. tunc et bonorum et pulchrorum] καὶ καλῶν καὶ ἀγαθῶν 22 et contrariorum om MV 24 isultum] insultos habens M πρόσθε μὲν ἀμφ' ὤμοισιν ἔχων τραχεῖαν ἄσιλλαν navi in terra ferebatur] Ἄργους εἰς Τεγέαν ἔφερον in ficiētes] lac. in M Ἰφικράτης

unde et poeta ait: per me docibilis sum. et magni maxima pars qualem epitaphium dixit. petedes iuventutem ex civitate ablatam esse, velut ver ex anno si auferatur. et quae in necessitate maiori optima maiora, puta quae in senectute et aegritudinibus. et duorum quod propinquus sum. et quod ipsi est simpliciter. et quod possibile impossibili. hoc quidem enim ipsi, hoc autem non. et quod in fine vitae. fines enim magis quae apud finem. et quae ad veritatem his quae ad opinionem. terminus autem eius quod ad opinionem quod si latere debeat non utique eligetur. propter quod et bene pati quam benefacere videbitur utique eligibilius esse. et quaecunque esse magis quam videri volunt, ad veritatem enim magis. propter quod et iustitiam aiunt parum esse, quia videri quam esse eligibilius, sanum autem esse non. et quod ad multa utilius; puta quod ad vivere et ad bene vivere, et ad delectationem et ad agendum bona; propter quod divitiae et sanitas maximae videntur esse. omnia enim habent haec. et quod minus triste et quod cum delectatione; plura enim uno. quare excedit et delectatio bonum et quod sine tristitia. et duorum et eidem appositum maius totum facit. et quae non latent praesentia quam quae latent; ad veritatem enim tendunt haec. propter quod ditari videbitur utique maius bonum quam opinari. et amabile his quidem solum, his autem cum aliis; propter quod non aequale damnum, si quis monoculum excaecaverit et duos habentem. amabile enim singulariter

---

1 maxima pars] pars magna MV 2 qualem] quare M *οἷον Περικλῆς τὸν ἐπιτάφιον λέγων* dixit petedes] descripsit dixit M scrib. Pericles dicens 4 optima maiora] *χρήσιμα*, E optima, an oportuna vel utilia? 5 propinquissimum M propinquius fini? 6 est] et? *καὶ*. est maius MV 7 non om E et quod] *καὶ τὰ* 8 magis quae] magis quam quae E 10 eliget? 11 eligibilius esse] eligi E post hoc desunt *τὸ μὲν γὰρ κἂν . . . ἂν ἑλέσθαι* 16 bona om MV divitiae] *καὶ ὁ πλοῦτος* 17 esse videntur maxima M 19 excedit] *ὑπάρχει*, legit *ὑπερέχει* cum marg. A excedit et om M 20 duorum] quorum M et eidem om E, scr. quod eidem maius] magis E 21 quam quae latent] *ἢ ἃ λανθάνει*, ut plures 23 his quidem] *καὶ τοῖς μὲν* 25 singulariter] Graecis deest.

ablatum est. ex quibus quidem igitur oportet persuasiones ferre in exhortando et dehortando fere dictum est.

Cap. VIII.

Maximum autem et principium omnium ad posse persuadere et bene consulere civitates omnes accipere et uniuscuiusque consuetudines et legitima et conferentia distinguere. persuadentur enim omnes conferente. confert autem quod salvat civitatem. adhuc autem praecipua quidem praecipui enunciatio. praecipua autem divisa sunt secundum civilitates. quot enim civilitates, tot et praecipua sunt. sunt autem civilitates quatuor: democratia, oligarchia, aristocratia, monarchia. quare quod quidem dominatur et quod iudicat. horum quid utique erit pars aut totum horum. est autem democratia quidem civilitas in qua sorte distribuunt principatus. oligarchia autem in qua qui in honorabilibus. aristocratia autem in qua qui secundum eruditionem. eruditionem autem dico eam quae a lege positam; qui enim immanserint in legitimis in aristocratia principantur. necesse autem hos videri optimos unde et nomen accepit hoc. monarchia autem est secundum nomen in qua unus omnium dominus est. harum autem quae quidem secundum ordinem quendam regnum, quae autem indeterminata tyrannis. finem utique uniuscuiusque civilitatis non oportet latere; eligunt autem eos quod ad finem. est autem democratiae quidem finis libertas, oligarchiae autem divitiae, aristocratiae vero quae circa eruditionem et legitima, tyrannidis autem custodia. palam igitur quod ea quae ad finem uniuscuiusque consuetudines et legitima et conferentia dividendum, siquidem eligunt ad hoc referentes. quum autem non solum persuasiones fiunt per demonstrativam orationem sed etiam

---

1 ex quibus] ex quo V et E 3 principium] *κυριώτατον* 6 autem] enim E 7 quidem] *μέν ἐστι* enunciatio] *ἀπόφασις* 10 et monarchia MV 11 quid] autem E *τι ἂν εἰη* invenit, non *τί ἐστιν ἀεὶ* 14 qui in honorabilibus] *οἱ ἀπὸ τιμημάτων*· scrib. honorabilitatibus 22 eligunt] fingunt E autem eos] om E *γὰρ τὰ πρὸς τὸ τέλος* 23 liberalitas E 24 circa om M ad?

per moralem, eo enim quod apparet qualis quidem hic dicens credimus, hoc autem est, si bonus appareat aut benevolus aut ambo, oportebit utique mores uniuscuiusque civilitatum nos habere; morem enim uniuscuiusque maxime persuasivum necesse ad unamquamque esse. haec autem accipientur per eosdem locos. mores quidem manifesti secundum electionem, electio autem refertur ad finem. quae quidem igitur oportet affectare exhortantes ut futura aut existentia, et ex quibus oportet quae conferentis persuasiones accipere, adhuc autem de his quae secundum civilitates moribus et legitimis, per quae et qualiter habundabimus, in quantum commensurabile erat praesenti tempori, diximus; dictum enim est diligenter in politicis de his.

Cap. IX.

Post haec autem dicamus de virtute et malitia et turpi et honesto; isti enim fines laudanti et vituperanti. accidet autem simul de his dicentes et illa facere ex quibus quales quidam existimabimur secundum morem quod quidem erat secunda persuasio. ex eisdem enim nos et alium fide dignum poterimus facere ad virtutem. quoniam autem accidit sine studio et cum studio laudare saepe non solum hominem aut deum, sed inanimata et aliorum animalium quodcunque, eodem modo et de hoc accipiendae propositiones. quare quantum exempli gratia dicimus et de his. honestum quidem igitur est quodcunque propter se elegibile existens laudabile est, aut quodcunque bonum existens delectabile est quod bonum. si autem hoc est honestum, necesse virtutem esse ho-

1 dictus E 5 per eosdem locos] διὰ τῶν αὐτῶν 10 secundum] περὶ τῶν κατὰ τὰς cum marg. A ét vett. edd. 12 diximus] εἴρηται 13 de his om MV 14 autem om M turpi et honesto] καλοῦ καὶ αἰσχροῦ 16 autem] γὰρ illa] una M facere] δηλοῦν 17 quidem om E ὅπερ invenit, non ἧπερ 18 ex eisdem] existit M enim om E nos] ἡμᾶς τε talium M 19 accidit om E συμβαίνει καὶ 21 sed] ἀλλὰ καὶ 22 de hoc] περὶ τούτων 23 dicimus] εἴπωμεν et om M 24 elegibile om E 25 quod] qua E

nestum, bonum enim existens laudabile est. virtus autem est quaedam potentia ut videtur acquisitiva bonorum et servativa, et potentia benefactiva multorum et magnorum et omnium circa omnia. partes autem virtutis iustitia fortitudo temperantia magnificentia magnanimitas liberalitas mansuetudo prudentia sapientia. necesse autem maximas esse virtutes eas quae aliis honoratissimae, siquidem est virtus potentia benefactiva. propter hoc fortes et iustos maxime honorant; hi quidem enim in bello, haec autem et in bello et in pace utilis ipsis. deinde liberalitas; emittunt enim et non altercatur de pecuniis, quas maxime appetunt alii. adhuc autem iustitia quidem est virtus propter quam quae sua singuli habent, et ut lex, iniustitia autem propter quam aliena, non ut lex. fortitudo autem propter quam activi sunt bonorum operum in periculis et ut lex praecipit, et obsequentes legi. timiditas autem contrarium. temperantia est virtus propter quam ad delectationes corporis ita se habent ut lex praecipit, incontinentia autem contrarium. liberalitas autem circa pecunias benefactiva, illiberalitas autem contrarium. magnanimitas autem virtus factiva magnorum beneficiorum, pusillanimitas autem contrarium. magnificentia autem virtus in expensis magnitudinis factiva, pusillanimitas autem et parvificentia contrarium. prudentia autem est virtus intellectīa, secundum quam bene consiliari possunt de bonis et optimis dictis ad felicitatem. de virtute quidem igitur et malitia universaliter et de partibus dictum est secundum praesens tempus sufficienter; de aliis autem non difficile videre. manifestum enim quod necesse factiva virtutis esse bona, ad virtutem enim, et quae a virtute fiunt. talia autem signa virtutis et opera. quum autem signa et talia quaecunque sunt bona opera aut passiones, honestae, necesse quaecunque fortitudinis opera, aut

2 quaedam om M scrib. quidem μὲν 6 et sapientia E 7 hortatissime M χρησιμωτάτας 8 hi] qui M, leg. haec 9 hi autem E, et sane Q οἱ . . οἱ et in bello] καὶ ἐν πολέμῳ καὶ εἰρήνῃ cod A 10 ipsis] αὐτοῖς legit, non ἄλλοις 11 adhuc] quod M ἔτι δὲ? 23 intellectīa] lacuna M, διανοίας 24 et optimis] et om M καὶ κακῶν 30 boni? ἀγαθοῦ

signa fortitudinis, aut fortiter acta bona esse, et iusta et iuste acta, passiones autem non; in sola enim ac hac virtutum non semper quod iuste honestum est, quia potius in damnificari turpe quod iuste magis quam quod iniuste, et secundum alias virtutes eodem modo. et in quibus prima honor honesta. et in quibus honor magis quam pecuniae, et quaecunque non sui gratia agit quis eligibilium, et quae simpliciter bona, quaecunque pro patria quis fecit negligens suum. et quae natura bona. et quae non ipsi bona, ipsius enim gratia talia. et quaecunque mortuo contingit inesse magis quam viventi. quod enim non sui gratia magis habent quae viventia. et quaecunque opera aliorum gratia, minus enim sui, et quaecunque bonae actiones circa alios, sed non circa se, et circa eos qui bene fecerunt, iusta enim. et beneficia; non enim ad se ipsum; et contraria in quibus verecundantur; turpia enim verecundantur et dicentes et facientes et facturi, quemadmodum et sapho fecit dicente alceo\volo aliquid dicere sed prohibet me verecundia, verecundiae bonorum desiderabile et ne quid diceretur malum lingua turbabatur verecundia quod non habet oculos sed dicis clamando de proprio iusto. et de quibus agonizant non timentes; de his enim quae ad gloriam fere bonorum . h. patiuntur. et natura magis studiosorum virtutes magis honestae et opera, puta viri quam mulieris. et quae fruitivae aliis magis quam sibi, propter quod iustum et iustitia honestum. et hostes puniri magis et non commutari; retribuere enim iustum, iustum autem honestum, et virile non vinci. et victoria et honor honestorum, eligibilia enim cum sint infructuosa, et excellentiam virtutis insinuant. et memorabilia, et magis quae magis. et quae non viventi

---

1 iuste actum virtutum M mediis omissis 2 ac del 3 quia]
i
q M ἀλλὰ 5 prima] ἆθλα scrib. premia 11 quae viventia] ἢ ζῶντα 14 iusta] δίκαιον beneficentia E 15 et contra autem quibus recordantur dicentes M et contraria autem in V καὶ τὰ ἐναντία ἢ ἐφ' οἷς is ἢ vertisse videtur aμt 17 sopho M sapulo E versuum verba corrupta et sensu carent 19 lingua malum M quod] quae MV 20 dicis] hoc dicit MV 22 ferunt? 27 virile] ἀνδρεῖον cum Z 28 insinuant] δηλοῖ, sed et infra μηνύειν insinuare

assequuntur, et honor assequetur, et quae superflua et quae soli existunt, magis honesta; facile memorabiliora enim. et possessa infructuosa, liberaliora enim. et quae apud singula singularia honesta, et quaecunque signa sunt eorum quae apud singulos laudantur, puta in Lacedaemonia comam ferre honestum; liberi enim signum, non enim est facile comatum facere nullum opus vile. et nullam artem banausam operari, liberi enim non ad alium vivere. sumendum autem et propinqua existentibus tamquam haec existentia ad laudem et vituperium, puta pudicum et qui bonae frigiditatis timidum et insidiatorem, et miserum dulcem, autem eum qui dolenda non sentit mansuetum, et unumquodque autem ex assequentibus semper secundum optimum, puta iracundum et maniacum simplicem et elatum magis docentem et reverendum. et eos qui excessibus tamquam in virtutibus existentes, puta audacem fortem, et prodigum liberalem; etenim videtur multis simulque peralogizativum ex causa. si enim ubi non necesse periclitativus, multo magis utique videbitur ibi honestum, et si largitivus quibuscunque, et amicis. excessus enim virtutis omnes beneficiare. intendere autem oportet et apud quos laus; sicut enim Socrates dixit non difficile Athenienses inter Athenienses laudare; oportet autem quod apud singulos honorabile tamquam existens dicere puta apud Scythas aut apud Lacedaemones aut philosophos. et totaliter autem honorabile inferre in honestum, quum videtur vicinum esse. et quaecunque secundum conveniens, ut puta dignitas progenitorum

---

1 honor] timor M *καὶ οἷς τιμὴ ἀκολουθεῖ*, sed A om *οἷς* 4 singulari M *δὲ ἴδια* 6 commutatum M 7 nullum] $\overset{o}{\text{a}}$d M 8 et propinqua om M 9 haec] *ταῦτα* vertit, non *ταὐτά* 10 *καὶ εὔψυχρον δειλὸν* legit cum pr Y 11 dulcem] et dulce M *καὶ τὸν ἠλίθιον χρηστόν* autem eum] eum om E, scrib. aut eum cum A qui *ἢ τὸν ἀνάλγητον* legit 14 simplicem .. docentem om M magnificum vel magnificentem? 15 in exc.? sequens in om M 16 videbitur? 17 peraloizatum M *παραλογιστικόν* 18 ibi] tibi M scrib. ubi *ὅπου* 21 inter Athenienses om EM *ἐν Ἀθηναίοις* 23 tamquam existens] *ὡς ὑπάρχει* 25 inferre] *ἄγειν* 26 dignitas] *εἰ ἄξια*

et antecessorum, beatum enim et honestum praepossedisse honorem. aut praeter conveniens ad melius et honestius, puta si fortunatus quidem moderatus, infortunatus autem magnanimus, aut maior factus melior et in aliis operosior. tale autem et quod in futuris ex qualibus ad qualia, et quod Olympionici anterius in ambobus humeris habens asperum, et quod Simonidis patrisque et viri fratrum existens tyrannis minerosa. quum autem ex actionibus laus, proprium autem studiosi quod secundum electionem, tentandum ostendere agentem secundum electionem. utile aut saepe apparere egisse secundum electionem propter quod casualia et quae a fortuna quasi in electione sumendum; si enim multa et similia ferantur, signum virtutis esse videbuntur et electionis. est autem laus sermo elucidans magnitudinem virtutis; oportet igitur actiones ostendere quomodo tales, commendatio autem operum est, quae autem circa ad fidem laudantur puta ingenuitas et disciplina; verisimile enim ex bonis bonum et sic nutritum talem esse. propter quod et commendamus eos qui egerunt opera; opera autem signa habitus sunt, quum laudabimus utique et eos qui non egerunt, si crediderimus esse tales. beatificatio autem et felicitatio his quidem eadem, his autem non eadem, sed sicut felicitas virtutem, et felicitatio continet haec. habet autem communem speciem laus consiliis. quae enim in consulendo supponeretur utique, haec transposita locutione commendatio fuit. cum igitur habemus quae oportet agere, et qualem quendam oportet esse, haec velut suppositiones dicens locutione transponi oportet et vertere, puta quod

---

2 aut praeter] καὶ εἰ παρὰ τὸ προσῆκον δὲ 4 in aliis operosior] καταλλακτικώτερος, sed schol. πρακτικώτερος 5 in futuris] lacuna in M, scrib. Iphicratis Ἰφικράτους 6 in] et M μὲν ἀμφ' ὤμοισιν, vertit ἄμφω ὤμοισιν 7 patris et quae M quae patrisque et? viri c̃ existens M, scrib. fratrumque tyrannis minerosa] tyranissa M τυράννων 9 secundum electionem] πεπραχότα κατὰ προαίρεσιν? 11 propter quod] διὸ καὶ 16 ad fidem laudantur] lacuna in M del. laudantur 17 bonum] ἀγαθούς 20 eos qui .. tales] πεπραγότα .. τοιοῦτον 23 consiliis] q̃ filiis M καὶ αἱ συμβουλαί 24 supponunt M 25 fuit] fuerit M scrib. fiunt γίγνεται 27 scrib. dicentes oportet et] μετατιθέναι δεῖ καὶ cum A

non oportet magna sentire in his quae propter fortunam, sed in his quae propter se ipsum. sic quidem igitur dictum supponere valet, sic autem laudem, magna sentiens non in his quae existunt propter fortunam, sed in his quae propter se ipsum. quare cum laudare velis, vide quid utique supponas, et quando supponere, vide quid utique laudabis. locutio autem transposita erit ex necessitate, quando hoc quidem prohibens, hoc autem non prohibens transponatur. utendum autem et multis augmentativis, puta si solus aut primus aut cum paucis, aut quod maxime fecit; omnia enim honesta. et quae ex temporibus et temperaneitatibus. haec autem secundum conveniens. et si saepe idem direxit, magnum enim et non a fortuna, sed propter se ipsum utique videbitur. et si decentia et honorantia quae propter hunc inventa sunt et constituta. et in quem prima commendatio facta fuit, puta ad ippolocum et armodium et aristogectionem in foro statui. similiter autem et in contrariis. et si non ad eundem habundes, ad alios vicissim regredi, quod quidem Isocrates faciebat propter consuetudinem et inconsuetudinem iuste loquendi. oportet autem et ad gloriosos conferre, augmentativum enim et honestum, si studiosis melior. cadit autem rationabiliter augmentatio in laudes; in excellentia enim est, excellentia autem bonorum, propter quod et si non ad gloriosos, sed ad multos oportet comparare, quum excellentia videtur insinuare virtutem. totaliter autem specierum communium omnibus orationibus augmentatio quidem convenientissima exclamativis, actiones enim confessas accipiunt, quare restat magnitudinem supponi et pulchritudinem. exempla autem deliberativis; ex prius factis enim divinantes futura iudicamus; enthymemata

1 magna] *μέγα φρονεῖν* sed in his] *ἀλλὰ τοῖς* 2 supponere] *ὑποθήκην* 3 magna] *μέγα φρονῶν* 5 quod E utique quid M 10 enim] *γὰρ ταῦτα* 11 temporibus] *χρόνων καὶ τῶν καιρῶν* secundum conveniens] *παρὰ τὸ προσῆκον* 14 decentia] *προτρέποντα καὶ τιμῶντα διὰ* 17 habundes ad eundem M *καθ' αὑτὸν εὐπορῇς* 18 Isocrates] et socrates EM 19 in consuetudine V *διὰ τὴν ἀσυνήθειαν* A, ceteri *συνήθειαν*, utrumque coniunxit interpres 20 oportet autem et] *δεῖ δὲ* 23 bonorum] *τῶν καλῶν* 24 multos] iustos M *τοὺς ἄλλους* 24 indicare? *μηνύειν*

autem disceptativis, causam enim et ostensionem maxime recipit factum propter evidentiam.

Ex quibus quidem igitur laudes et vituperia dicuntur fere, et ad qualia respicientes oportet laudare et vituperare, et ex quibus commendationes fiunt et opprobria, haec sunt; habitis enim his horum contraria manifesta; vituperium autem ex contrariis est.

Cap. X.

De accusatione et defensione ex quot et quibus oportet fieri syllogismos habitum utique erit dicere. oportet itaque accipere tria unum quidem quorum et quot gratia iniusta faciunt, secundum autem qualiter ipsi dispositi, tertium vero in quales et quomodo se habentes. definientes igitur iniustitiam facere dicimus consequenter. sit itaque iniustitiam facere laedere volentem praeter legem. lex autem est haec quidem propria, haec autem communis, dico autem propriam secundum quam scriptam civiliter vivunt, communem autem quaecunque non scripta apud omnes videntur esse confessa. volentes autem faciunt quaecunque scientes et non coacti. quaecunque quidem igitur voluntarii, omnia eligentes, quaecunque autem eligentes, scientes omnia; nullus enim eligit quod ignorat, propter quae eligit autem nocere et prava facere praeter legem, malitia est et incontinentia. si enim aliqui habeant malitiam aut unam aut plures, circa haec quae mali existunt entes et iniusti sunt, puta illiberalis quidem circa pecunias, intemperatus autem circa corporis delectationes, mollis autem circa desidiosa, formidolosus autem circa pericula, conpericlitantes enim deserunt propter timorem, ambitiosus

---

2 evidentiam] ἀσαφές, inevidens? 4 fere] σχεδὸν πάντες 6 autem] γὰρ 8 de] περὶ δὲ 9 habentis hiis M erunt E 10 quidem quorum] quidam E fecit M 13 dicimus] λέγωμεν consequenter] convertit M sit itaque] sic utique M 19 omnia] οὐ πάντα 20 eligit quod] quidem qui eligit M scrib. quod eligit 21 nocere] necesse E 23 circa haec quae] περὶ δὲ τοῦτο ὃ, sed δὲ alii om 25 temperatus M

autem propter honorem, furiosus autem propter iram, contentiosus autem propter victoriam, amarus autem propter punitionem, insipiens autem propter decipi circa iustum et iniustum, inverecundus propter parvipensionem gloriae, similiter autem et aliorum unusquisque circa unumquodque subiectorum. sed de his palam haec quidem ex his quae circa virtutes sunt dicta, haec autem ex his quae circa passiones dicuntur. reliquum autem dicere cuius gratia et quomodo iniuriantur et quibus. primo quidem igitur dividamus, quae appetentes et quae fugientes conantur iniuriari. palam enim quod accusanti quidem considerandum, quot et quae eorum adversario existant, quae appetentes omnes proximo iniuriantur, defendenti autem quot et quae horum non existant. omnes autem omnia agunt haec quidem non propter se ipsos, eorum quidem non propter se ipsos haec quidem propter fortunam agunt, haec autem ex necessitate, autem eorum quae ex necessitate haec quidem violentia, haec autem natura, quare omnia quaecunque non propter se agunt haec quidem a fortuna, haec autem natura, alia vero violentia. quaecunque autem propter se et quorum ipsi causa haec quidem propter consuetudinem, haec autem propter appetitum, et haec quidem propter rationalem appetitum, haec autem propter non rationalem. est autem voluntas cum ratione appetitus, nullus enim vult nisi cum putaverit esse bonum, irrationales autem appetitus ira et concupiscentia, quare omnia quaecunque agunt necesse agere per causas septem, propter fortunam, propter violentiam, propter naturam, propter consuetudinem, propter ratiocinationem, propter iram, propter concupiscentiam. considerare autem quae aguntur secundum aetates aut habitus aut alia

---

1 fructuosus M contentiosus] φιλόνεικος cum A? 8 scrib. dicentur 9 quomodo] πῶς ἔχοντες, quomodo se habentes V 12 proximo] τοὺς πλησίον 13 quot et quae] ποῖα καὶ πόσα 14 autem] δή, sed alii δὲ 15 eorum . . ipsos om E scrib. haec quidem propter se ipsos; eorum quidem igitur quae 16 propter fortunam] a fortuna M autem eor. . . necessitate om E, scrib. eorum autem 20 causa] αἴτιοι 23 cum ratione appetitus] ἀγαθοῦ ὄρεξις, ceteri μετὰ λόγου ὄρεξις ἀγαθοῦ 26 propter violentiam, propter naturam] διὰ φύσιν, διὰ βίαν, A; sed illud alii codices 28 considerare] cum et lacuna M προσδιαιρεῖσθαι

quaedam superfluum utique erit. si enim accidit iuvenibus iracundos esse aut desiderativos, non propter iuventutem agunt talia sed propter iram aut concupiscentiam. neque propter divitias et paupertatem, sed accidit pauperibus quidem propter indigentiam concupiscere pecunias, divitibus autem propter potentiam concupiscere non necessarias delectationes. sed non agent isti propter divitias et paupertatem, sed propter concupiscentiam. similiter autem iusti et iniusti et alii qui dicuntur secundum habitus agere propter haec omnia agent. aut enim propter ratiocinationem aut propter passionem, sed hi quidem propter mores et passiones bonas, hi autem propter contraria. accidit tamen talibus quidem habitibus talia consequi, talibus autem talia. mox enim forte temperato quidem propter temperantiam opiniones et concupiscentiae bonae consequuntur circa delectabilia, intemperato autem contrariae circa eadem haec. propter quod tales quidem divisiones dimittendum, considerandum autem qualia qualibus consueverunt consequi. siquidem enim albus aut niger aut magnus aut parvus, nihil ordinatum est talium consequens, si autem iuvenis aut senex aut iustus aut iniustus, iam differt. et totaliter quaecunque accidentium faciunt differre mores hominum, puta abundare putans se ipsum aut egere differet aliquid, et infortunari aut bene fortunari. haec quidem igitur posterius dicemus, nunc autem de reliquis dicamus primo. sunt autem a fortuna talia facta quorumcunque est causa indeterminata et non gratia huius fiunt, et neque semper neque ut frequenter neque ordinate. palam autem est ex definitione fortunae de his. natura autem quorumcunque et causa in ipsis et ordinata; aut enim semper aut in pluribus eodem modo eveniunt. quae enim praeter naturam nihil oportet diligenter inquirere, utrum secundum naturam quandam vel aliam causam fiunt.

---

1 utique erit] deest Graecis 3 aut] om E καὶ 7 isti] καὶ οὗτοι 9 haec omnia] ταῦτα A, ceteri ταῦτα πάντα 14 propter temperantiam] διὰ τὸ σώφρονα εἶναι, sed A σῶφρον an temperatum? 22 abundare putans se ipsum] πλουτεῖν δοκῶν ἑαυτῷ egere] agere E agere q̃ M 23 infortunari aut bene fort.] εὐτυχεῖν ἢ ἀτυχεῖν A, illud ceteri

videbitur autem utique et fortuna causa esse talium. violentia autem quaecunque praeter concupiscentiam aut ratiocinationes fiunt per ipsos agentes. consuetudine autem quaecunque faciunt propterea quod saepe fecerunt. propter rationem autem quae putantur conferre ex dictis bonis aut ut finis aut ad finem, cum propter conferens agantur. quaedam enim et intemperati agunt conferentia, sed non propter conferens, sed propter delectationem. propter furorem autem et iram punitionalia. differunt autem punitio et castigatio; castigatio quidem enim patientis gratia est, punitio autem facientis ut satietur. circa quae quidem igitur est ira, palam erit ex his quae de passionibus. propter concupiscentiam autem aguntur quaecunque videntur delectabilia. sunt autem assuetum et consuetum inter delectabilia. multa enim eorum quae natura non sunt delectabilia, cum assuefacta fuerint delectabiliter faciunt. et ut summatim dicantur, quaecunque propter se agunt, omnia sunt aut bona aut apparentia bona, vel delectabilia aut apparentia delectabilia. quum autem, quaecunque propter se ipsos, voluntarii agunt, non voluntarii autem quaecunque non propter se ipsos: omnia utique erunt, quaecunque voluntarii agunt, bona aut apparentia bona, vel delectabilia aut apparentia delectabilia. pono enim aut malorum aut apparentium malorum commutationem vel transsumptionem minoris pro maiori inter bona. eligibilia enim aliqualiter sunt; et tristium commutationem aut transsumptionem minorum pro maioribus eodem modo inter delectabilia. sumendum ergo conferentia et delectabilia quot et qualia. de conferente quidem igitur in deliberativis dictum est prius; de delectabili autem dicamus nunc.

---

7 intemperantia E 11 circa quae quidem igitur] τί μὲν οὖν A, ceteri περὶ μὲν οὖν τίνα ex his] ἐν τοῖς 14 eorum quae] καὶ τῶν multa . . cum om M 16 et ut] ὥστε dicantur] εἰπεῖν 21 bona] ἢ ἀγαθά, alii ἢ om 22 aut malorum] aut om M, scrib. et καὶ τὴν τῶν κακῶν 23 commutationem] ἢ ἀπαλλαγὴν A, plurimi om ἢ transmutationem M 24 sunt] ἔστι omnes praeter A, qui omittit tristium] λυπηρῶν ἢ φαινομένων ἢ. an fuit tristium aut apparentium tristium? 25 transmutationem M eodem modo] ὡσαύτως ἐν τοῖς ἡδέσι omnes praeter A

oportet autem putare sufficientes esse definitiones, si sint de unoquoque neque immanifestae neque exquisitae.

Cap. XI.

Supponatur autem nobis esse delectationem motum quendam animae et constitutionem simul totam et sensibilem in existentem naturam, tristitiam autem contrarium. si itaque est delectatio tale, palam quia et delectabile est factivum dictae dispositionis, corruptivum autem contrariae constitutionis factivum triste. necesse igitur delectabile esse in id quod secundum naturam mitti ut in pluribus, et maxime cum assumpserit sui ipsorum naturam quae secundum ipsam fiunt. aut secundum consuetudines; etenim consuetum velut innatum iam fit. simile enim consuetudo naturae; prope enim quidem saepe ei quod semper est. est autem natum quidem eius quod semper, consuetudo autem eius quod saepe. et quod non violentum; praeter naturam enim violentia. propter quod necessitates triste. et recte dictum est: omne enim necessariam rem gravem dixit. sollicitudines autem et studia et conatus tristes; necessaria enim et violenta haec si non assuefiant. sic autem consuetudo facit delectabile. contraria autem delectabilia. propter quod desidiae et otia et negligentiae et ludi et requies et somnus delectabilium. nihil enim ad necessitatem horum. et cuiuscunque insit concupiscentia totum delectabile; concupiscentia est enim delectabilis appetitus. concupiscentia-

---

4 simul totam] ἀθρόαν   5 si itaque] εἰ δὲ A, ceteri εἰ δὴ   7 contrariae] ἢ τῆς ἐναντίας scrib. autem aut contr.   9 mitti] ἰέναι   cum assumpserit] erit et ante hoc lac. M   10 aut secundum consuetudines] καὶ τὰ ἔθη. cod. B ἢ καὶ τὰ ἔθη secunda manu   11 innatum] ordinatum E   12 simile enim] ὅμοιον γάρ τι A, ceteri om τι   quidem saepe] καὶ τὸ πολλάκις, scrib. quod saepe, καὶ om alii   13 est. est] ἔστι. A, ceteri ἐστιν. ἔστι   natum] om M φύσις scrib. natura   15 necessitates] τὸ ἀναγκαῖον A, ceteri αἱ ἀνάγκαι   16 omnem E   enim] autem M   17 dixit ἔφυ. vertit ἔφη   tristelsciã enim enim et M   18 violentia haec et si E   23 conc. enim et delectabilius E

rum autem hae quidem irrationabiles sunt, hae autem cum ratione. dico autem irrationabiles quidem quascunque concupiscunt non ex eo quod est existimare aliquid. sunt autem tales quaecunque dicuntur esse natura, sic ut quae per corpus existunt, ut quae alimenti sitis et fames et secundum unamqnamque speciem alimenti concupiscentia; et quae circa gustabilia et circa venerea, et totaliter tangibilia et circa olfactum odoris et auditum et visum. cum ratione autem, quascunque ex persnasos esse; multa enim et vidisse et possedisse concupiscunt quae audierunt et persuasi fuerunt. quum autem est delectari in pati sensum alicuius passionis, phantasia antem est sensus quidam debilis, et utique memoranti et speranti consequetur phantasia aliqua eius quod meminit aut sperat. si autem hoc, palam quia et delectationes magis memorantibus et sperantibus quoniam et sensus. quare necesse omnia delectabilia esse aut in sentiendo praesentia aut in memorando facta aut in sperando futura. sentiuntur quidem enim praesentia, memorantur autem facta, sperant vero futura. memorabilia quidem igitur delectabilia sunt non solum quaecunque in praesenti, quando aderant, delectabilia erant, sed quaedam et non delectabilia, si sit posterius honestum et bonum quod post hoc. unde et hoc dictum est: sed delectabile salvatum reminisci laborum, et post angustias delectatur vir memorans, qui multa passus fuerit et multa gesserit. huiusmodi autem causa quia delectabile et non habere malum. quae autem in spe quaecunque praesentia aut laetificare aut proficua fore multum videntur, aut sine tristitia prosunt. totaliter autem quaecunque praesentia laetificant et sperantes et

4 dicuntur esse] *εἶναι λέγονται* A, ceteri *λέγονται εἶναι* naturalia M sic ut] ut om E 5 qui alimentum M 8 quascunque] *ὅσα ἐκ τοῦ πεισθῆναι ἐπιθυμοῦσιν.* autem quas concupiscunt M ceteris omissis 10 quae] q^i M 11 est] et E in pati] et pati M 12 et utique] *κἂν*, sed A *ἀεὶ ἐν* 13 consequetur] *ἀκολούθοι ἂν* A, *ἀκολουθοίη* alii 14 magis] *ἅμα* A, ceteri *μάλα* 22 delectabile] *ἡδύ τοι* est addit M 23 reminisci] et remissum M angustias] *μετὰ γάρ τε καὶ ἄλγεσι* 27 proficuare fore M multum] *μεγάλα* prosunt] *ὠφελεῖν*

memorantes ut in pluribus. propter quod et irasci delectabile, sicut Homerus per poesim fecit de ira: quod multo dulcius melle destillante. nullus enim irascitur ei qui videtur impotens cruciatum sortiri; neque his qui multum super se potentia aut non irascuntur aut minus. et in plurimis concupiscentiis sequitur quaedam delectatio, aut enim memorantes quomodo adipiscebantur, aut sperantes quomodo adipiscentur gaudent quadam delectatione, ut puta qui in febribus habentes sanus memorantes quo biberunt, et sperantes gaudent; et amantes et disputantes et scribentes et facientes semper aliquid de eo quod amatur, gaudent. in omnibus enim talibus memorantes quasi sentire putant id quod amatur: et principium amoris. h. fit omnibus, cum non solum de praesente gaudeant, sed et cum absentis recordati amant. propter quod utique et cum tristis fiat eo quod non adsit. in plorantibus et lamentationibus insit quaedam delectatio. tristitia quidem enim de non adesse, delectatio autem ex memorando et videndo aliqualiter illum, et qualia egit et qualis erat. propter quod et hoc dictum est: ut ait super his autem omnibus affectum excitavit fletus. et punire delectabile. cuius enim non adepto triste, id adipisci delectabile. irati enim tristantur vehementer non punientes, sperantes autem gaudent. et vincere delectabile non solum amatoribus victoriae, sed omnibus; fit enim phantasia excellentiae, cuius omnes habent concupiscentiam aut remisse aut magis. quum autem vincere delectabile, necesse et ludos delectabiles esse pugnativos et fistulativos

---

1 et irasci et E   2 Homerus] καὶ Ὅμηρος, sed alii om καί. Homerus et E   fecit om E   quod] ὅστε   8 quadam] quodcunque M   habentes] ἐχόμενοι   9 sanus] sui M ταῖς δίψαις καὶ sitibus?   quō sperare bibere et bibebant gaudent M ἐλπίζοντες πιεῖσθαι   12 et principium] καὶ ἀρχὴ δὲ A, ceteri om δὲ   14 sed et cum] ἀλλὰ καὶ   amant] adiuvant E   15 utique] Graecis deest   pluritatibus E ploratibus? πένθεσι   16 infit? 17 memoria M   18 qualia exigit E ἃ ἔπραττε   19 et hoc om E καὶ τοῦτο εἰκότως, sed alii εἰκότως om   21 adeptio M   enim] est M δ'   22 vincere] ludere E   23 sed omnibus] sic A, ceteri καὶ inserunt   26 et fistulativos] καὶ αὐλητικὰς om A, ceteri retinent

et litigiosos; saepe enim in ipsis fit vincere; et ossium proiectiones, sphaerizationes et alea et pettazatio; et circa studiosos autem de ludis similiter. hi quidem enim delectabiles fiunt, si quis fuerit consnetus, hi autem mox delectabiles, puta venatio et omnis venativa; ubi enim concertatio, ibi et victoria est. propter quod et saltativa et litigativa delectabilis consuetis et potentibus. et honor et complacentia delectabilissimorum, propterea quod fit phantasia unicuique quod talis et studiosus, et magis cum insinuent quos putat veraces esse. tales autem qui prope magis quam qui longe, et simul conversati et noti et cives quam qui aliunde, et existentes quam futuri, et prudentes quam insensati, et multi quam pauci. magis enim verisimile veridicos esse dictos quam contrariis; quum quos quis multum parvi pendit, sicut pueros aut bestias, nihil curat de horum honore aut opinione ipsius opinionis gratia, sed siquidem propter aliud aliquid. et amicus delectabilium; diligere enim delectabile. nullus enim amator vini qui non gaudet vino. et diligi delectabile; phantasia enim et hic eius quod insit ipsi bonum esse, quod omnes concupiscunt cognoscentes. diligi autem est amari ipsum propter se. et in admiratione esse delectabile propter ipsum honorari. et adulationem recipere et adulator delectabile. apparens enim admirator et apparens amicus adulator est. et haec agere saepe delectabile; quod enim consuetum delectabile erat. et transmutare delectabile. in natura enim fit transmutare; quod enim idem semper excessum facit constituti habitus. unde dictum est: transmutatio omnium dulce. propter hoc enim et quae ad tempus delectabilia sunt et homines et res. transmutatio enim ex praesenti est: simul autem et rarum quod ad tempus. et addiscere et mirari delectabile ut ad multum. in mirari quidem enim est concupiscere addiscere; quare mi-

1 ipsis] ταύταις A, ceteri αὐταῖς   ossium pocones et super u iaco et alia petzacō M   2 studios quod autem laudes similiter M παιδιὰς ludos?   6 saltativa] alt cum lacuna M ἡ δικανική   8 talibus M οἷος ὁ σπουδαῖος A, sed ceteri τοιοῦτος καὶ   9 cum insinuent quos] quod cum M   11 et noti] καὶ οἱ γνώριμοι om A, sed ceteris adest   15 ipsius] αὐτῆς γε   23 haec] ταῦτά

rabile concupiscibile, in addiscere autem in id quod secundum naturam constitui. et bene facere et bene pati delectabilium. bene pati quidem enim adipisci eorum quae concupiscunt; bene facere autem habere et superabundare quae ambo appetunt. quia autem delectabile est benefactivum, corrigere propinquos delectabile hominibus est et defactiva consumare. quum autem addiscere delectabile et mirari, et talia necesse delectabilia esse .s. imitativum ut profectiva et statnificatio et poetica et omne quodcunque fuerit repraesentatum et si non sit delectabile id cuius est repraesentatio. non enim in hoc gaudet, sed syllogismus est, quod hoc id. quare addiscere aliquid accidit. et circumvolutiones et paulatim salvari a periculis; omnia enim haec mirabilia. et quum quod secundum naturam delectabile, quae vero eiusdem generis secundum naturam invicem sunt, omnia cognata et similia delectabilia ut in pluribus, puta homo homini, et equus equo, et iuvenis iuveni. unde et proverbia dicta sunt, quomodo coaetaneus coaetaneum delectat, et quomodo semper similem, et novit autem et alia quaecunque talia. quum autem simile et cognatum delectabile sibi, esse maxime ipse ad se ipsum unusquisque hoc passus est, unde necesse omnes amatores sui ipsorum esse aut magis aut minus. omnia enim talia existunt ad se ipsum maxime. quoniam autem amatores sui ipsorum omnes, et quae ipsorum necesse delectabilia esse omnibus, puta opera, sermones propter quod amatores adulationum ut in pluribus, et amatores amantium et amatores honoris, et amatores filiorum; ipsorum enim opera filii. et defectiva perficere delectabile; ipsorum enim opus iam fit. et quum principari delectabilissimum, et videri sapientem esse delectabile; principis enim sapere. est autem sapientia multorum et mirabilium scientia.

5 corrigere] καὶ τὸ ἐπανορθοῦν A, sed alii om καὶ 8 .s. imitativum ut profectiva lac. M 9 repraesentatum] εὖ μεμιμημένον A, ceteri εὖ om 10 id cuius] αὐτὸ τὸ μεμιμημένον A, sed ceteri οὔ τὸ μίμημα 18 et novit autem] lacuna in M, desunt θὴρ θῆρα καὶ ἀεὶ κολοιὸς παρὰ κολοιόν 20 esse] ἅπαν, μάλιστα δ' 21 unde] Graecis deest 25 sermones] καὶ λόγους propter quod] quod om M διὸ καὶ

adhuc quum amatores honoris ut in pluribus necesse est increpare vicinos delectabile esse et subicere. et id in quo videtur optimus esse ipse sibi hic frequentare, sicut et Euripides ait: et ad hoc insistit, dans uniuscuiusque diei plurimam partem ut ipse se ipso potiatur optimus existens. similiter autem et quum ludus delectabilium, et omnis remissio et risus delectabilium. necesse autem et risibilia delectabilia esse, et homines et verba et opera. determinatum autem est de risibilibus seorsum in his quae de poetica. de delectabilibus quidem igitur dicta sunt tanta: tristitia autem ex contrariis horum manifesta. quorum quidem igitur gratia iniustitiam faciunt, haec sunt.

Cap. XII.

Qualiter autem habentes et quibus, dicamus nunc. ipsi quidem igitur, cum putarint possibile esse rem agi, et sibi ipsis possibile, sive putent latere cum egerunt, sive cum non latuerint, non exsolvere poenam; aut exsolvere quidem, sed minus damnum esse quam sit ipsis lucrum aut quae quam cordi habent. qualia quidem igitur possibilia videntur et qualia impossibilia, in his quae posterius dicentur; communia enim omnium partium rhetoricae haec. ipsi autem putant potentes esse maxime indemnes iniusta agere qui sunt potentes loqui, et activi et experti multorum agonum. et si multi amici sint, et si divites. et maxime quidem si ipsi sint in his quae dicta sunt, putant posse; si autem non si sint ipsis tales amici aut ministri aut conparticipes. propter haec enim possunt et agere, et latere, et non exsolvere poenam. et si amici sint

---

1 est] om E, καὶ scrib. et 2 et subicere] Graecis desunt excusis, sed in A καὶ τὸ ἄρχειν. scrib. et subigere 3 esse optimus M 5 ponatur M τυγχάνει 7 necesse autem] ἀνάγκη ex A, ceteri ἀνάγκη δὲ 10 dicta sunt tanta] εἰρήσθω ταῦτα, scrib. sint scrib. tristia 15 putent] utique? ἂν sive cum non] sū non cum M 17 quae quam] qm̄ quae M ἢ ὧν κήδονται 20 omnium partium rhetoricae] πάντων τῶν λόγων ex A, ceteri τῶν μερῶν τῆς ῥητορικῆς ταῦτα πάντα 22 ut si multi acuti sint M 24 putantur E si sint] κἂν ὑπάρχωσιν 25 participes E

his qui iniusta patiuntur aut iudicibus; amici quidem enim sine cautela ad iniusta pati et cum pacificantur, antequam divulgetur, iudices autem condonantur quibus utique amici fuerunt, et totaliter dimittunt, aut parvis damnificant. latitivi autem sunt qui contrarii impositis vel debilis circa vulnerationes, et pauper et turpis circa adulteria. et valde in manifesto et in oculis; non observabiles enim quia nullus utique putaret. et tanta et talia, quae neque unus; non observabilia enim et haec. omnes enim consueta observant velut infirmitates ita et iniurias quae enim nullus unquam infirmatus fuit nullus veretur. et quibus nullus inimicus aut multi. hi quidem enim putant latere quia non observantur, hi autem latent propterea quod non videntur utique attemptasse quod observabantur et quod responsionem habent, quod non utique attentassent. et quibus existit occultatio aut modus aut locus aut dispositio facilis. et quibuscunque non latentibus est propulsatio poenae aut dilatio diuturna aut corruptiones iudicum. et quibus si fiat damnum est depulsio possessionis, aut dilatio diuturna, aut propter inopiam nihil habebit quod perdant. et quibus lucra quidem manifesta aut magna aut prope, damna autem parva aut immanifesta aut longe. aut cui non est punitio aequalis utilitati quale videtur habere tyrannis. et quibuscunque iniuriae quidem sunt acceptiones, damna autem opprobria solum. et quibus contrarium iniuriae quidem in quandam laudem, puta si accidit simul punivisse pro patre aut matre, sicut Zenoni, damna autem in pecunias aut fugam aut tale aliquod. utrique enim iniuriantur et in utroque modo se habentes, verum tamen non idem sed contrarii moribus. et qui

2 et c̄ concupiscantur M προσκαταλλάττονται conpacificantur? 3 divulgetur] lac. in M ἐπεξελθεῖν condemnantur E 4 et totaliter] et om MV καὶ ἢ ὅλως dimittunt] ostendunt M 5 debilis] de E, debile circa adulteria ceteris omissis M 7 non observabiles] ἀφύλακτα 8 tanta et talia] τὰ τηλικαῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα quae neque unus] οἷα μηδ' ἂν εἷς A, sed ceteri ἃ μηδὲ εἷς 9 ita] Graecis deest 10 quae enim] ὃ δὲ 17 diuturna] χρόνου, sed alii χρόνιος 18 possessionis] ἐκτίσεως, sed AQ κτήσεως 19 perdant] scrib. perdat 27 utrique] non utique M δι' ἀμφότερα

saepe aut latuere aut non damnificati fuerunt. et qui saepe perficere nequiverunt. sunt enim quidam et in talibus sicut et in bellicis qui devicti penitus volunt vincere. et quibus utique mox sit delectabile, triste autem posterius; aut lucrum, dammum autem posterius. incontinentes autem tales. est autem incontinentia circa omnia quaecunque appetunt. et quibus utique contrarium triste quidem aut damnum iam, delectabile autem et proficuum posteriora et diuturniora. incontinentes enim et prudentiores talia persequuntur. et quibus utique contigerit opinari agere propter fortunam aut propter necessitatem aut propter naturam aut propter consuetudinem, et totaliter peccare sed non iniusta facere. et quibus utique fuerit id quod est epikileum adipisci. et quicunque utique indigentes fuerint. dupliciter enim indigentes sunt; aut enim ut necessarii sicut egeni, aut ut excessus sicut divites. et qui valde complacentes et qui valde inglorii, hi quidem ut non gloriantes; autem hi tamquam nihil magis glorificantes.

Ipsi quidem igitur sic se habentes attentant.. iniust aautem faciunt in tales et talia habentes quibus ipsi indigent vel in necessaria, vel in excessum vel in fruitionem. vel in remotos et propinquos; horum enim sumptio velox, horum enim punitio tarde, velut praedantes Calcedonios. et in eos qui non verentur neque observativi sunt, sed creditivi. facile omnes latere. et in desides. solliciti enim resistere. et in verecundos. non enim pugnativi pro lucro. et in eos qui a multis iniusta passi sunt et non exilierunt ut existentes secundum proverbium hi odire valde. et in quos nunquam et in quos saepe; utrique enim sine observatione, hi quidem ut nunquam, hi autem ut non utique amplius. et in habitos criminosos et in facile criminabiles; tales enim neque volunt

---

2 sicut et] ὥσπερ sed alii καὶ addunt 3 victi MV 7 triste quidem aut damnum iam] aut om M τὸ μὲν λυπηρὸν ἤδη ἢ ἢ ἡ ζημία delectabile] dos E 9 enim] autem E 13 epicstum M ἐπιεικοὺς 17 autem .. glorificantes om E 21 sumptio — enim om E τῶν δὲ τιμωρία 22 tarde] iusta M Calcedonios] Καρχηδονίους 23 facile] ῥάδιον γὰρ 26 exilierunt] ἐπεξελθόντας 27 hiis MV odire valde] Μυσῶν λείαν 30 et] ἢ

timentes iudices, neque possunt persuadere, tamquam odium et invidiam sustinentes. et in quos habent occasionem aut progenitorum aut sui ipsorum aut amicorum aut eorum qui fecerunt male aut qui in ipsos debuerunt facere aut in ipsos aut parentes aut in eos ad quos afficiuntur; ut enim proverbium occasione indiget solum malitia. et in inimicos et amicos. in hos quidem enim facile, in hos autem delectabile. et in eos qui sine amicis et non industrios dicere aut agere; aut enim non attentant conqueri aut desistunt aut nihil obtinent. et in eos quibus non carum morari, ut obtineant aut iudicium, aut vindictam; utputa extranei et autourgoi ipsimet manibus operantes. in modico enim dissolvuntur, et facile tales extediantur. et in eos qui multa iniusta exercuerant aut talia qualia patiuntur; videtur enim esse aliquid prope ei quod est non iniuste agere in talem iniusta exercere ut consuevit et iste iniusta facere. dico autem puta si quis consuetum molestare molestaverit. et in eos qui aut fecerunt male aut voluerunt aut in volentes aut facturos. habet enim delectabile et honestum, et est hoc prope ei quod est non videri iniustum agere. et in eos quibus tribuunt aut amicos aut in admiratione existentes aut amatis aut dominos aut totaliter ad quos vivunt ipsi. et ad quos est epieikiam habere. et in eos, in quibus inclinati fuerant et praeserpinati, velut Calippus fecit ea quae circa Dionem. etenim talia sunt prope ei quod est non videri iniustum agere. et in eos qui ab aliis passuri erant, si non ipsi tamquam non sit possibile consilium adhibuisse, sicut dicitur Aenesidemus Geloni misisse compedes in

---

1 tamquam] ὢν, sed A pr. ap. Gaisf. ὡς 2 et in] ad E 4 in ipsos om M debuerunt] delibuaverant V 5 parentes] προγόνους 11 aut] obtineant E 14 patiuntur] ἀδικοῦνται 15 in talem] ὅταν τι τοιοῦτον ἀδικηθῇ τις οἷον 17 aut fecerunt] antecesserunt E 18 delectabile] καὶ τὸ ἡδὺ 19 et est hoc] καί, sed alii τοῦτο addunt non est M videri] φαίνεται 21 aut dicimus aut ad quos totaliter E 23 inclinati] ἐγκεκληκότες καὶ προδιακεχωρηκότες fuerant om M et praeserpinati] M et praeseparati V post se perciati E 24 divisionem E 25 videri] φαίνεται 26 non] οὐκέτι impossibile M 27 compedes] κοττάβια ἀνδραποδισαμένῳ

servitutem redacto, quod praevenit tamquam et ipse futurus erat. et in eos quibus iniusta cum fecerint poterint multa iusta agere tamquam de facili recompensaturi, sicut ait Iason Thessalus oportere in quaedam iniusta facere, quatenus et possint multa iusta fieri. et quae omnes aut multi iniusta facere consueverunt; veniam enim putant obtinere. et facilia occultare. talia autem quaecunque aut cito consumuntur, utputa esculenta, aut facile permutabilia figuris aut coloribus aut crasibus; aut quae in multis locis abscondere facile. talia autem sunt quae facile portabilia et in parvis locis recondibilia. et ea quibus indifferentia et similia multa praestiterunt iniusta facienti. et quaecunque verecundantur dicere iniusta passi, velut mulierum propriarum iniuriae aut in se ipsos aut in filios. et ea in quibuscunque amare placitationes videbitur utique conferens. talia autem sunt parva, et in quibus venia. qualiter quidem igitur habentes iniusta faciunt et qualia et in quales et propter quid fere haec sunt.

Cap. XIII.

Iniustitias autem omnes et iustitias dividamus incipientes primum hinc. determinata sunt autem iusta et iniusta ad leges duas et ad quos est, dupliciter. dico autem legem hanc quidem propriam, hanc autem communem. propriam quidem eam quae singulis determinata ad se ipsos; et harum hanc quidem non scriptam, hanc autem scriptam, communem autem quae secundum naturam. est enim quod determinant aliquid omnes natura commune iustum et iniustum, quamvis nulla societas adinvicem sit, neque pactum, et Sophoclis Antigone videtur dicens, quod iustum absolutum sepelire civitatis aedificatorem, tanquam natura ens hoc iustum: neque enim nunc

---

2 potuerint E scrib. poterunt 7 cito] ταχὺ A, ceteri ἢ ταχὺ 14 plantationes M φιλοδικεῖν 15 conferens] ὁ ἐπεξιὼν 19 autem] δὴ 22 harum hanc quidem] τοῦτον τὸν μὲν 23 hanc autem scriptam om E 24 determinant] lac. in M 26 et] οἷον καὶ 27 civitatis aedificatorem] τὸν Πολυνείκη 28 natura] non M

neque heri, sed semper vivit hoc, et nullus novit, ex quo apparuit. et ut Empedocles dicit de non occidendo animatum; hoc enim non his quidem iustum, illis autem non iustum: sed quod omnium legitimum et ut late diffusum aetherem qui continuatim protenditur et per inexplebilem claritatem. et ut dicit in Messeniaco Alcidamas. et ad quos autem dupliciter sumitur iustum vel iniustum. aut enim ad commune aut ad unum communicantium, quae oportet agere et non agere. propter quod et iniustitias et iustitias dupliciter est agere iniuste et iuste agere; aut enim ad unum determinatum aut ad commune. adulterans enim et verberans iniuste agit in quendam determinatorum, non militans autem in commune. omnibus autem iniustitiis divisis et his quidem existentibus ad commune, his autem ad alium et ad alios, insumentes quid est adikistae dicamus reliqua. est autem adikistae a volentibus iniusta pati. adiken enim determinatum est prius voluntarium esse. quum necessarium iniusta patientem laedi et involuntarie laedi, nocumenta quidem ex prioribus manifesta sunt; bona enim et mala divisa sunt secundum se prius, et voluntaria quia sunt quaecunque scientes; quare necesse omnes inculpationes ad commune vel ad proprium esse, aut ignorantis aut volentis aut nolentis et scientis, et horum haec quidem eligentis, haec autem propter passionem. de ira quidem igitur dicetur in his quae circa passiones. quae autem eligunt et qualiter habentes dictum est prius. quum autem confitentes saepe actum esse aut intitulationem non confitentur aut circa quod intitulatio, puta accepisse quidem, sed non furatum

---

1 neque heri] et non erit M τι νῦν γε κἀχθές semper] ἀεί ποτε 4 ut late] plate M perlate V 6 et ad quos] πρὸς οὓς dupliciter sumitur iustum vel iniustum] διώρισται, διχῶς διώρισται. in effimaco alkitā sī dupliciter M 8 unum communicantium] lac. M 10 unum] ἕνα καὶ 15 adikistae] ad cum lac. M ἀδικεῖσθαι est autem] ἔστι δή, sed alii δὲ adikiste M 16 adiken] adike ē M 21 ad commune] ad rationem M ἢ πρὸς τὸ κοινὸν aut ignorantis] ἢ καὶ ἀγνοοῦντος sed alii om καὶ 22 aut nolentis om M transpon. nolentis aut volentis 24 quae autem] ποῖα δὲ. qualia autem? 27 quidem om E

fuisse, et percussisse prius sed non iniuriam fecisse, et simul fuisse sed non adulteratum fuisse, aut furtum fecisse sed non sacra spoliasse; non enim dei aliquid, aut superexcessisse sed non publice, aut discernuisse quidem cum adversariis, sed non prodidisse, propter hoc oportebit utique et de his determinare quid est furtum, quid iniuria, quid adulterium, quatenus, sive existere sive non existere velimus ostendere, habeamus declarare quod iustum. sunt autem omnia talia de iniustum esse et pravum aut non iustum litigatio. in electione enim est nequitia et iniustum facere. talia autem nominum consignificant electionem, puta iniuriam et furtum. non enim si percussit, penitus iniuriatus est; sed si gratia huius puta eius quod est inhonorare illum, aut ut ipse delectaretur; neque penitus, si clama ccepit furatus est. sed si in nocumentum eius a quo accepit et approperatione sui. similiter autem et de aliis se habet sic et de aliis. quoniam autem et iustorum et iniustorum erant duae species; haec quidem scripta, haec autem non scripta; de quibus quidem leges promulgant, dictum est, non scriptorum autem duae sunt species, haec autem sunt haec quidem secundum excessum virtutis et malitiae, in quibus opprobria et laudes, inhonorationes et honores et dona, puta gratiam habere ei qui fecit bene, et contra benefacere ei qui bene fecit, et auxiliativum esse amicis et quaecunque alia talia; haec autem propriae legis et scriptae praetermissio. quod enim epieikes, videtur iustum esse. est autem epieikes quod praeter scriptam legem iustum. accidit autem hic haec quidem nolentibus, haec autem volentibus legislatoribus. nolentibus quidem, cum lateat, volentibus quidem, cum non

---

2 adiudicatum M 3 sacra spolisse] facere spoliationem E superexcesse M ἐπεργάσασθαι μὲν 4 publice] δημόσια, sed alii δημοσίᾳ discernuisse] deservisse M διειλέχθαι 5 hoc] haec? ταῦτα 9 non iustum] ἄδικον [περὶ οὗ] 11 iniuriam] scrib. iniuria ὕβρις 12 si gratia huius] enim gratia hec enim M εἴ ἕνεκά του 15 eius a quo accepit] ἔκλεψε appropriationem? sui om M 16 et sic de aliis M ὥσπερ καὶ περὶ τούτων 17 quidem] om M scrib. quidem enim μὲν γὰρ 18 dictum] decretum E 21 inhonorationes] καὶ ἀτιμίαι 24 praetermissio eius quod E 25 epickes E enim — epieikes om M

possint determinasse, sed necessarium quidem sit universale dicere non sic autem, sed ut in pluribus: et quaecunque non facile determinare propter infinitatem, puta vulnerare ferro, quanto et quali quodam; deficiet enim secundum dinumerantes. si igitur sit indeterminatum, oportet autem legem statuere, necesse simpliciter dicere; quare si digitale habens attollat manum aut percutiat, secundum quidem scriptam legem reus est, et iniustum facit, secundum veritatem autem non iniustum facit. si autem est quod dictum est epieikes, et hoc est epieikes. manifestum qualia sunt epieikea haec. s. peccata et iniustitias et non aequipensare, neque peccata et infortunia. sunt autem infortunia quidem, quaecunque inopinata et non a nequitia; peccata autem quaecunque non inopinata et non a nequitia; iniustitiae autem quaecunque non inopinata, a malitia autem sunt. et humanis indulgere epieikes. et non ad legem, sed ad legislatorem respicere; et non ad verba, sed ad intellectum legislatoris respicere. et non ad actionem, sed ad electionem, et non ad partem, sed ad totum. neque qualis quidem nunc, sed qualis quidem semper et ut ad multum. et recordari magis bonorum quae passus fuit quam malorum; et bonorum quae passus fuit magis quam fecit, et patientem esse iniusta patientem. et magis secundum orationem velle iudicari quam opere. et magis ad arbitrium quam ad disceptationem velle ire; arbiter enim respicit epieikes, iudex autem legem; et huius gratia arbiter exaltatus est, quatenus epieikes habeat robur. de epieikes quidem igitur determinatum sit hoc modo.

---

1 sit universale] videtur E 2 sic] scrib. sit 3 vulnerare ferro] lac. M 4 secundum dinumerantes] sed divinantes M scrib. seculum ἂν (alii δὴ) ὁ αἰὼν διαριθμοῦντα, alii διαριθμοῦντας. 6 quare] quod E ὥστε κἂν digitabile M 8 veritatem] τὸ ἀληθὲς 9 si autem — epieikes om E 10 manifestum om M sunt] sicut M epieikea] desunt καὶ οὐκ ἐπιεικῆ — ἔχειν ἐπιεικῆ. ea item desunt in DQZ haec .s.] ταῦτα καὶ 11 pensare om M 12 quidem quaec. inopinata om M 13 non a . . autem] μήτε . . τε, tum om cum A τὰ γὰρ δι' ἐπιθυμίαν ἀπὸ πονηρίας 16 verba] τὸν λόγον 19 quidem] scrib. quidam τις et paulo post et] ἢ aut? 22 secundum orationem] symone M 25 exaltatus est] εὑρέθη sed Q ἠρέθη

Cap. XIV.

Iniustitiae autem est maiores, quaecunque utique a maiori fiunt iniusta actione; propter quod quae minima maxima, utputa Melanopum Callistratus accusat, quod defraudavit factores templi in tribus mediis obolis sacris aedificatores templi; in habitu autem iustitiae contrarium. sunt autem haec ex cedere potentia. qui enim tres medios obolos furatus fuit, et utique quodque iniustum faceret. aliquando quidem itaque ita maioritas, aliquando autem ex nocumento indicatur. et cuius non est aequa punitio, sed omnis minor. et cuius non est recompensatio. difficile enim et impossibile. et cuius non est satisfactionem recipere eum qui passus fuit. insanabile enim. satisfactio enim et cruciatus recompensatio. et siquis passus et iniuriatus fuit ipse a se ipso plurimum extorsit; adhuc enim maiori qui fecit dignus torqueri, velut Sophocles pro Euctymone allegans, quum peremit se ipsum iniuriam passus, non appretiandum aut minori quam quo qui passus fuit appretiavit se ipsum. et quod solus aut primus aut cum paucis fecit. et saepe in eodem peccare magnum. et propter quodque exquiruntur et inveniuntur prohibentia et damnificantia; velut in Argo damnificant, propter quemcunque lex posita fuerit, et propter quoscunque carcer aedificatus fuerit. et bestialior iniustitia maior. et quod ex providentia. et quod audientes magis timent quam misereantur. et rhetorica quidem sunt talia, quod multa sustulit iusta aut transgressus fuit, puta iuramenta dextras fides, connubia; multarum enim iustitiarum excessus. et quod hic ubi puniuntur iniusta facien-

---

1 est autem M del. est, ἀδίκημα δὲ μεῖζον ὅσῳ A, sed ceteri ἀδικήματα δὲ μείζονα ὅσα 2 fiunt] ᾖ quae minima] καὶ τὰ ἐλάχιστα, sed καὶ om A 3 menopolum accusat M κατηγόρει factores] forciores M, explicatio videtur edificatores templi 5 in habitu autem iustitiae] ἐπὶ δικαιοσύνης δὲ haec] et haec et E 6 cedere] ἐνυπάρχειν A, ceteri ὑπερέχειν, ex excedere? medios obolos] ἡμιωβέλια ἱερὰ A ceteri ἱερὰ ἡμιωβέλια 12 scrib. qui 13 plurimum] μεγάλως torsit M 19 quodcunque M quaecunque V

tes, quod quidem faciunt falsi testes; ubicunque enim non utique iniustum facerent, si et in praetorio. et in quibus confusio maxime. et si in hoc a quo bene passus fuit; plura enim iniusta facit, et quod male facit et quod non bene. et quod circa non scripta iusta sive maius est. melioris enim, non per necessitatem iustum esse. scripta quidem igitur ex necessitate, non scripta autem non. alio autem modo si circa scripta. qui enim in timidis iniusta facit et in his in quibus damna posita, et in his in quibus non damna posita iniusta faceret utique. de iniustitia quidem igitur maiori et minori dictum est.

Cap. XV.

De vocatis autem inartificialibus persuasionibus habitum est dictis transcurrere, propriae autem sunt haec iudicialium. sunt autem quinque numero: leges, testes, pacta, extorta, iuramentum. primo quidem igitur dicamus de legibus, qualiter utendum et exhortantem et dehortantem, et accusantem et defendentem. manifestum enim quod si quidem sit scripta contraria negotio, communi lege utendum et epieikis tanquam iustioribus. et quod sententia optima utentes, hoc est non semper uti scriptis. et quod epieikes quidem semper manet, et nunquam mutatur, neque lex. s. communis. secundum naturam enim est; scriptae autem saepe. unde dictum est in Antigone Sophoclis. responderunt enim, quod egit praeter Creontis legem, sed non praeter non scriptam: non enim

---

1 falsi testes] ψευδομαρτυροῦντες A, ceteri ψευδομάρτυρες ubicunque] ποῦ 2 si et] et si M εἴ γε καὶ 3 confusio] αἰσχύνη 5 quod] qui M quae V circa] παρὰ sed AQ περὶ non om M sui maius est M Graecis desunt 7 circa] essent M παρὰ 12 autem qualibus M 13 autem propriae E ἴδιαι γὰρ 15 iuramenta extorta E dicamus de legibus] περὶ νόμων εἴπωμεν ex A, sed alii εἴπωμεν περὶ νόμων 17 enim om M 19 utentes] χρωμένους ceteri praeter A qui om 20 semper] παντελῶς 21 .s.] .i. M 23 responderunt] ἀπολογεῖται, sed alii ἀπολογεῖσθαι egit] ἔθαψε A, ceteri ἔπραξε

nunc et heri, sed semper; haec igitur ego non curabam hominibus nullius. et quod iustum est verum quid et conferens, sed non quod videtur. quare non lex scripta; non enim facit opus legis. et quod sicut probator argenti iudex est, quatenus discernat reprobum iustum et verum. et quod melioris hominis, non scriptis quam scriptis uti et immanere, et si alicubi lege probante est contraria aut ipsa sibi; puta aliquando haec quidem praecepit firma esse, quaecunque pepigerant, haec autem vetat, non fieri pacta praeter legem. et si ambigua ferant et respiciat ad utramque partem aut iustum adoptabit vel conferens, deinde hoc uti. et si negotia quidem, in quibus et propter quae posita fuerat lex, non adhuc manent, lex autem, tentandum hoc declarare et adversari sic ad ipsam. si vero scripta sit pro negotio, tunc sententia optima dicendum est quod non cuius quidem praeter legem gratia iudicare est, sed ut si ignores quod dicit lex ne diceres. et quod non id quod simpliciter bonum eligit nullus, sed id quod sibi. et quod nihil differt aut non poni aut non uti. et quod in aliis artibus non magis ponderis est sophisticari penes medicum; non enim tantum nocet peccatum medici quantum consuescere non obedire principi. et quod quaerere esse legibus sapientius hoc est quod in laudatis legibus vetatur. et de legibus ita sit determinatum. de testibus autem testes sunt duplices, hi quidem antiqui, hi autem recentes. et horum hi quidem participantes periculo, hi autem extra. dico autem antiquos et poetas et quorumcunque aliorum notorum sunt iudicata manifesta, velut Athenienses Homero teste usi fuerunt de Salamine, et Tenedii tunc temporis Periandro Corinthio

---

1 hominibus] ἀνδρὸς hominiviri nullus M 7 lege probante est] νόμῳ εὐδοκιμοῦντι 8 pepigerint M ἂν συνθῶνται 10 ferant] ut feratur M ὥστε στρέφειν 12 in quibus et propter quae] et om M ἐφ' οἷς 15 non cuius quidem om E 16 diceres] deieres MV i. e. peieres ἀγνοήσῃ . . ἐπιορκῇ 19 non magis ponderis est] οὐ λυσιτελεῖ penes] om A ceteri παρὰ 21 quod om M esse] est E, tum sapientis 22 necatur M vocatur E et de legibus] καὶ περὶ μὲν τῶν νόμων 26 antiquos] παλαιοὺς μὲν, sed alii om μέν 28 tunc temporis] ἔναγχος

ad Sigeos, et Cleophron adversus Critiam Solonis elegiis usus fuit, dicens quod dudum in publica domus, non enim utique unquam fecisset Solon dicere mihi Critiam rufe crinibus patrem audire. de factis quidem igitur tales testes. de futuris autem vaticinantes, velut Themistocles quod nave oppugnandum ligneum sic parietem. adhuc et proverbia, ut dictum est, testimonia sunt, velut si quis consulat non facere amicum senem, hoc testatur proverbium: nunquam bene operari senem. et filios perimere, quorum et patres: puer qui patrem occidit, pueros derelinquit. recentes autem quicunque noti et indicaverunt aliquid. utilia enim horum iudicia his qui de eisdem litigant, ut Eubulus in praetoriis utebatur adversus Charetem illo quod Plato dixit ad Archibium quod concesserat in civitati confiteri nequam esse. et participantes periculo utique videbuntur mentiri. tales quidem igitur talium solorum testes sunt, factum est aut non. de ipso autem quale non testes, puta si iustum aut iniustum aut conferens aut non conferens. remoti autem. de his minime credibiles. maxime autem credibiles antiqui; incorruptibiles enim. allegationes autem circa testes non habenti quidem quod ex signis oportet iudicare. et hoc est id quod sententia optima. et quod non est falli signa in argento. et quod non allegantur falsis testimoniis signa. habenti autem ad non habentem quod non probativa signa. et quod nihil utique opus erit testibus, si ex verbis sufficiens esset considerare. sunt autem testimonia haec quidem de ipso, haec autem de actore. et haec quidem de re, haec autem de more. quare manifestum quod nunquam est

---

1 Sigeos — Critiam om M Cleopheron V *Κλεοφῶν* 2 in publica] om M impudica? *ἀσελγής* 3 Critiam] ericia M tristicia V *Κριτίᾳ* riffe E 5 vaticinantes] *καὶ οἱ χρησμολόγοι* 6 sic] donec M *λέγει* 7 consulat] *συμβουλεύει*, sed alii optativum 8 hoc] huic? *τούτῳ* 9 puer] *νήπιος* 10 et] vel M om A, ceteri *καὶ* 14 utique videbuntur] *ἂν δόξωσι* 15 solorum] *μόνον* sed Q *μόνων* 16 factum est] *εἰ γέγονεν*, sed edd. vet. om *εἰ* 17 aut conferens] *εἰ συμφέρον*, sed alii *ἢ* 18 de his minime credibiles] *καὶ περὶ τούτων πιστότατοι* 19 circa] sed quod M *περὶ μαρτυριῶν* 21 falli] *ἐξαπατῆσαι* 23 probatam M 24 testibus] *μαρτυριῶν* ex A

deficere testimonio utili. si non enim de re aut ipsi consono aut actori contrario, sed de more ipsius in epieikiam aut actoris in pravitatem. alia autem de teste aut amico aut inimico aut medio aut approbante aut detestante aut medio et quaecunque aliae tales differentiae ex eisdem locis dicendum ex qualibus quidem et enthymemata dicimus. de pactis autem tantus orationis usus est quantum augere aut diminuere aut credibilia facere aut incredibilia; si quidem ipsi conveniant fidelia et firma, in actore autem contrarium. ad astruendum quidem igitur fidelia aut infidelia nihil differt a negotio quod circa testes. quales quidem enim utique fuerunt inscripti aut servantes, his pacta fidelia sunt. confesso autem est pacto conveniente quidem existente augendum. pactum enim lex est propria et secundum partem. et pacta quidem non faciunt legem firmam; leges autem ea quae secundum legem pacta. et totaliter ipsa lex pactum quoddam est. quare qui infidele facit et punit pactum, leges destruit. adhuc autem aguntur reliqua commutationum et voluntaria secundum pacta, quare irritis factis perimitur quae adinvicem opportunitas hominum. et alia autem quaecunque congruunt leviter videre est. si autem contrarium sit et cum actoribus, primum quidem quaecunque utique aliquis ad legem contrariam opponet, haec congruunt. inconveniens enim si legibus quidem, si non recte sint positae, sed fallant institutae, non putamus oportere obedire, pactis autem necessarium. deinde quod iusti breviator est iudex. igitur hoc considerandum, sed ut iustius. et iustum quidem non est transvertere neque fallacia neque coactione. naturatum enim est. pacta autem fiunt a seductis et coactis. adhuc autem si contrarium alicui aut scriptarum legum aut

7 diminuere] dividere E   11 quales quidem enim] ὁποῖοι γάρ. quidam? nam sequens τινες hic om   fuerunt] fiunt M ὦσιν   12 est] om M scrib. esse, εἶναι   16 quare et qui M   17 punit] periunt M scrib. perimit   18 reliqua om M τὰ πολλά   20 et om E   autem om M   quaecunque — quidem om M   26 igitur] οὔκουν   et] est E   28 a] καί   29 adhuc autem] πρὸς δὲ τούτοις σκοπεῖν

communium et iustis aut bonis. et adhuc si aliis pactis posterioribus aut prioribus; aut enim posteriora firma et irrita aut priora, aut priora recta, posteriora autem fefellerunt quodcunque fuerit utile. adhuc autem conferens prospicere si aliquatenus contrariatur iudicibus et quaecunque alia talia; etenim haec facile considerabilia similiter. extorta autem testimonia quaedam sunt. habere autem videntur persuasionem quod necessitas quaedam adest. non difficile autem neque de his videre contingentia dicere; ex quibus sive existant convenientia augere est quia vera sola testimoniorum sunt; sive subcontraria sint et cum actore, dissolvet utique quis vera dicens de toto genere extortorum. nihil enim minus coacti falsa dicunt quam vera, et pertinaces non dicere vera. et facile mentientes tamquam requisituri celerius. oportet autem habere adducere ad talia scripta exempla quae sciunt iudicantes. de iuramentis autem est quadrupliciter dividere; aut enim dant et recipiunt, aut neutrum; aut hoc quidem, hoc autem non; et horum aut dant, non recipiunt autem, aut recipiunt quidem, non dant autem. adhuc praeter haec si iuramentum factum fuit et hoc aut ab ipso aut ab illo. non dant quidem igitur, quia facile peierant, et quod hic quidem cum iuraverit non dat, eos autem qui non iuraverunt existimat se condemnaturum. et quomodo istud periculum maius quod inter iudices; his quidem enim creditur, huic autem non. non recipit autem quod pro pecuniis iuramentum: et quod si esset

1 et iustis aut bonis] *καὶ τῶν γεγραμμένων ἢ τοῖς οἰκείοις ἢ τοῖς ἀλλοτρίοις* ex A, sed ceteri *τοῖς καλοῖς ἢ δικαίοις, ἔτι τε εἰ ἄλλαις* et adhuc] *ἔπειτα* ex A, alii *ἔτι τε* 2 et irrita aut] scrib. irrita autem *ἄκυροι δ'* 7 persuasionem] *τὸ πιστὸν*, sed alii *πίστιν* 8 non difficile autem] *οὔκουν χαλεπὸν* 9 videre] scrib. videre et, sic enim ceteri praeter A *ἰδεῖν καὶ τὰ ἐνδεχόμενα εἰπεῖν* 10 sunt] *εἰσὶν αὗται* ex A, ceteri om *αὗται* 13 pertinaces] *διακαρτεροῦντες* 14 requiestituri M, scrib. requieturi *παυσόμενοι* 15 scripta] *γεγενημένα* 17 dant et recipiunt] *δίδωσι καὶ λαμβάνει* et sic infra, unde singularem repone 18 dant] *δίδωσι μὲν* sed *μὲν* plurimi omittunt 19 adhuc praeter haec] *ἔτι ἄλλως παρὰ ταῦτα* 20 et hoc] *οὗτος* illo] alio E 21 deierant M et sic semper 22 iuraverunt] *ὀμόσαντος* sed libri *ὀμόσαντας* 24 creditur] *πιστεύει*

pravus, peieraret utique. melius enim gratia alicuius pravum esse quam nullius. qui quidem enim iuraverit, habebit, qui autem non iuraverit, non. sic propter virtutem utique erit, sed propter periurium quod non. et id quod Xenophanis congruit quod non aequa provocatio haec, impio ad impium, sed simul ac si fortis debiles percutere aut plagare provocent. si autem recipit quod credit ipsi illi autem non. et id quod Xenophanis transvertentem dicendum sit aequale esse; si quidem impius det, pius autem iuret, durumque non velle ipsum pro quibus illos vult cum iuraverint iudicare. si autem dat iuramentum, quod pium est velle deos attestare procuratorem praeesse. et quod nihil oportet ipsum aliis iudicibus indigere; ipsis enim dat iudicium. et quod inconveniens non velle iuramentum fieri, de quibus alios dignificat iurare. quum autem per singula quomodo dicendum palam, puta si ipse quidem vult recipere, dare autem non, et si dat quidem recipere autem et dare non velit. s. iuramentum sive neutrum. ex dictis enim necesse componi. quare et orationes necesse componi ex dictis. si autem sit factum ab ipso et contrarium quod non periurium. voluntarium enim iniustum facere est. peierare autem iniustum facere est. quae autem violentia et fallacia involuntaria. hic etiam adiciendum quod peierare est quod mente sed non quod ore. si autem ab adversario sit iuratum, quod omnia destruit qui non immanet his quae iuravit. propter hoc enim et legibus utuntur qui iuravere. et nos quidem dignificamus immanere quibuscunque iuramentis, ipsi autem non immanebimus. et quaecunque alia augmentans utique aliquis dicet. de artificialibus quidem igitur persuasionibus dicta sint tanta.

---

2 quidem enim] quidem om E μὲν οὖν ex A, ceteri μὲν γὰρ 3 sic] οὕτω δὲ 4 sed] ἀλλ' οὐ 6 debiles] ἀσθενῆ provocent] προκαλέσαιτο 7 illi ipsi E 8 sit] scrib. sic οὕτως 11 procuratorem praeesse] Graecis desunt, precatorem praeesse M 13 ipsis] αὐτῷ iudicium] κρίνειν, sed A κρίσιν 17 et dare] Graecis desunt 24 iuratum om M 26 nos om M, scrib. vos ὑμᾶς quibuscunque iuramentis] οἷς ὀμόσαντες δικάζετε 28 scrib. in artif.

LIBER II.

CAP. I.

Ex quibus quidem igitur oportet et exhortari et dehortari, et vituperare et laudare, et accusare et defendere, et quales sententiae et propositiones utiles ad horum persuasiones, haec sunt. de his enim et ex his enthymemata dicuntur ut circa unumquodque est dicere propter genus sermonum. quoniam autem gratia iudicii est rhetorica; etenim consilia iudicant et dika iudicium est; [rhetoria etenim consilia,] necesse non solum ad orationem videre qualiter denumerativa erit credibilis, sed et ipsum qualem quendam et iudicem facere. multum enim differt ad fidem, maxime quidem in consiliis, deinde autem et in litigiis, qualem quendam apparere dicentem et existimare ad ipsos existimare qualiter habere ipsum; ad haec autem si et ipsi dispositi aliqualiter existant. apparère quidem igitur qualem quendam dicentem utilius ad consilia est. disponi autem est aliqualiter auditorem ad litigia. non enim eadem videntur amantibus et odientibus, neque iratis se et mansuetos se habentibus, sed aut omnino altera aut secundum magnitudinem altera. amanti quidem enim eum de quo facit iudicium aut non iniustum fecisse, aut secundum parva videtur iniustum fècisse; odienti autem contrarium. et concupiscenti quidem et confidenti, si sit quod futurum delectabile et fore et bonum fore videtur, despecto autem et aspernanti contrarium: eius quidem igitur quod est esse ipsos dicentes credibiles, tres sunt causae; tot enim

2 vituperare et laudare] *ἐπαινεῖν καὶ ψέγειν* ex A, illud ceteri 4 dicuntur] deest in A, ceteri *λέγεται* 5 circa] puta E est dicere] *εἰπεῖν* propter] *ἰδίᾳ* 7 rhetoria etenim consilia om MV 8 qualiter denumerativa] lac. M *ὅπως ἀποδεικτικός* scrib. demonstrativa 9 erit] est E 11 deinde autem] *εἶτα* ex A, ceteri *δὲ* addunt 12 prius existimare Graecis deest 13 habere om E *ἔχειν πως* ipsos E 20 secundum] haec M delendum 21 confidenti] *εὐέλπιδι ὄντι* sed YZ om *ὄντι* 22 despecto lac. M *ἀπαθεῖ* 24 enim] *γάρ ἐστι*

propter quae credimus exceptis ostensionibus. sunt autem haec prudentia et virtus et benevolentia. mentiuntur enim de his quae dicunt et consulunt aut propter omnia haec aut propter horum aliquid. aut enim propter prudentiam non recte hoc sentiunt, aut sentientes recte propter nequitiam non quae sentiunt dicunt, aut prudentes quidem et epieikei sunt, sed non benevoli; propter quod contingit non optima consulere . h. cognoscentes. propter haec nihil. necesse ergo eum qui existimatur omnia haec habere esse audientibus credibilem. unde quidem igitur prudentes et studiosi apparebunt utique, ex his quae circa virtutes divisa sunt sumendum. ex iisdem enim aliquis et alterum utique et se ipsum astruet talem. de benevolentia autem et amicitia in his quae circa passiones nunc dicendum. sunt autem passiones, propter quascunque commoti differunt ad iudicia, ad quas sequitur tristitia et delectatio; puta ira, misericordia, timor et quaecunque alia talia, et his contraria. oportet autem dividere quae circa unumquodque in tria. dico autem puta de ira, qualiter dispositi iracundi sunt, et quibus consueverunt irasci, et in quibus rebus. si enim unum quidem aut duo habeamus horum, omnia autem non, impossibile utique erit iram efficere. similiter autem et in aliis. sicut igitur et de antepositis tradidimus propositiones, ita et de his faciamus et dividamus et dicamus praedicto modo.

Cap. II.

Est autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem parvipensionem eorum quae in ipsum aut in ipsius aliqua non convenienter. quum autem hoc est

---

4 prudentiam] scrib. imprudentiam ἀφροσύνην 6 epikei E, scr. epieikeis 8 propter] scrib. praeter παρὰ 11 divisa] dicta E 12 et alterum utique et] κἂν ἕτερόν τις κἂν 22 de] ἐπὶ 23 de] ἐπὶ, sed A περὶ 24 est] sunt E ἔστω autem] δή, sed alii δ' ἡ 26 aut in ipsius aliqua non convenienter] ἢ τῶν αὐτοῦ τοῦ ὀλιγωρεῖν μὴ προσήκοντος ex A, ceteri vero ἢ εἰς αὐτοῦ τινα μὴ προσηκόντως quum autem] εἰ δή ex A, ceteri ἐπεὶ δὲ

ira, necesse eum qui irascitur irasci semper singularium alicui; puta Cleoni, sed non homini, et quod in ipsum aut aliquid eorum quae ipsius fecit aut facturus erat; et ad omnem iram sequi aliquam delectationem a spe puniendi. delectabile quidem enim existimare adipisci ea quae appetuntur. nullus autem ea quae apparent sibi impossibilia appetit; iratus autem appetit sibi possibilia. propter quod bene dictum est de ira: quae multo dulcior est melle destillante, quae in pectoribus virorum crescit. assequitur enim et delectatio quaedam et propter hoc, et propterea quia demorantur in puniendo mente. quae igitur tunc infert phantasia, delectationem facit, sicut quae somniorum. quum autem parvipensio est actus opinionis circa id quod nullo dignum videtur. etenim mala et bona et digna putamus studio esse et tendentia, quaecunque autem nihil aut modica valde, nullo digna existimamus: tres autem sunt species parvipensionis, despectus et epireasmus et contumeliatio. qui enim despicit, parvi pendit; quod enim putant nullo digna esse, haec despiciunt. quae autem nullo digna, parvi pendunt. et qui epireazit, videtur despicere. est enim epireasmus impedimentum voluntatibus, non ut aliquid sibi, sed ut non illi. quum igitur, non ut aliquid sibi, parvi pendit, palam enim quod neque nociturum existimat; timent enim et non parvi pendunt; neque prodesse utique nihil dignum verbo; curaret enim utique, ut amicus esset. et contumelians autem parvi pendit. est enim contumeliatio nocendi et contristandi, in quibus confusio est patienti, non ut aliquid fiat sibi aliud, sed ut delectetur. qui enim contrafaciunt non contumelizant, sed puniunt. causa autem delectationis contumelizantibus, quod putant quod ipsi male agentes excedant magis.

2 in ipsum] *αὐτὸν* 8 dulcior est lac. M quae om M 11 infert] insunt M *γινομένη* infit? 13 et digna] *ἄξια* 14 tendentia] *τὰ συντείνοντα πρὸς αὐτά* 15 nihil aut modica valde] *μηδέν τι ἢ μικρὸν* ex A, sed alii *μηδὲν ἢ πάνυ μικρά* 22 timent . . parvi pendunt] *ἐφοβεῖτο γὰρ ἂν καὶ οὐκ ὠλιγώρει* 25 nocendi et contristandi] *τὸ βλάπτειν καὶ λυπεῖν* 26 confusio] *αἰσχύνη*, ita p. 1379, b 26 *αἰσχυνομένοις* confundentibus 27 aliud sed] *ἄλλο ἢ ὅτι ἐγένετο ἀλλ'* A om corr V *ἢ ὅτι ἐγένετο* et BC 29 ipsi male agentes] *κακῶς δρῶντες αὐτοὺς*

propter quod et iuvenes et divites contumeliosi; excellere enim putant contumelias inferentes. contumeliationis autem dehonoratio. qui enim dehonorat, parvi pendit; quod enim nullo dignum, nullum habet honorem neque mali neque boni. propter quod dicit iratus Achilles: dehonoravit; accipiens enim habet venerationem ipse auferens; et: ac si aliquem inhonoratum praeter fugientem; tanquam propter hoc iratus. convenire autem putant magni pendi a minoribus secundum genus, secundum potentiam, secundum virtutem, et totaliter in ipso in quo excedunt multum; ut in pecuniis dives pauperem, et in loquendo rhetoricus impotentem loqui, et principans subiectum, et arbitratus dignus ad principandum eum, qui dignus subiici. propter quod dictum est: ira autem magna est a Iove educatorum regum; et: alius autem posterius habet iram. indignantur enim propter excellentiam. adhuc a quibus aliquis putat debere bene pati. isti autem sunt, quibus benefecit aut facit aut ipse aut aliquis suorum, aut per ipsum, aut volitum est aut volitum fuit. manifestum igitur ex his iam, qualiter habentes irascuntur ipsi, et quibus et propter quae. ipsi quidem enim cum tristantur. appetit enim aliquid qui tristatur. sive directe contra molestet quis, ut sitienti quantum ad bibere, sive non, idem videtur facere, et sive contra agat aliquis, sive non cooperetur, sive in aliquo quis molestet sic habens, omnibus irascitur. propter quod infirmi, egentes, amantes, sitientes, totaliter concupiscentes, et non assequentes iracundi sunt et facile; maxime quidem ad praesentes parvipendentes,

---

1 et iuvenes] νέοι 3 qui enim dehonorat] ὁ δ᾽ ἀτιμάζων 4 neque mali neque boni] οὔτ᾽ ἀγαθοῦ οὔτε κακοῦ ex A, ceteri invertunt 7 hoc] ταῦτα 9 in ipso in quo excedunt] in ipso om M ἐν ᾧ ταὐτῷ ὑπερέχῃ 14 alius] alias M ἀλλά γε καὶ 17 aut aliquis suorum] ἢ δι᾽ αὐτόν τις ἢ τῶν αὐτοῦ τις ex A, ceteri ἢ τῶν αὐτοῦ τις ἢ δι᾽ αὐτοῦ 20 enim] igitur E 21 sive] ἐάν τε οὖν ex A, sed alii οὖν post directe ubi lacuna in M molestet quis] lac. M ὁτιοῦν ἀντικρούσῃ τις 22 idem] ὁμοίως ταὐτὸ 23 in aliquo quis] ἄλλο τι molestatur M habens] ἔχοντα sed Q ἔχων 26 sunt om E et om M facile] εὐπαρόρμητοι praesentes] τοῦ παρόντος, sed A ap. Gaisf. παρόντας

puta laborans quidem eis qui ad aegritudinem, egentes autem eis qui ad egestatem, bellans autem eis qui ad bellum, amans autem eis qui ad amorem; similiter autem et alii. si autem non et quodcunque impediat aliquid quis. praeparatur enim unusquisque ad uniuscuiusque iram ab existente passione. adhuc autem si contraria exstiterint. contristat enim magis quod multum inopinatum, sicut et delectat quod multum inopinatum si fiat quod volitum est. propter quod et tempora et horae et dispositiones et aetates ex his manifestae et quae facile mobiles ad iram, et quando et ubi, et quod quando magis in his sunt, magis et facile mobiles. ipsi quidem igitur sic habentes facile mobiles ad iram. irascuntur autem et deridentibus et subsannantibus et conviciantibus. contumeliam enim inferunt. et in talibus nocentibus quaecunque sunt contumeliae signa. necesse autem talia esse quae neque pro aliquo, neque proficua facientibus. iam enim videtur in contumeliam. et obloquentibus et despicientibus ea circa quae ipsi maxime student; puta qui in philosophia amant honorari, si quis in philosophiam; qui autem in specie, si quis in speciem. similiter autem et in aliis .h. autem multo magis, si suspicati fuerint, non existere ipsis, aut totaliter, aut non fortiter aut non videri. sed cum valde putent existere in his in quibus subsannantur, non curant. et amicis magis quam non amicis. arbitrantur enim convenire magis ab ipsis bene pati quam. et his qui consueverunt honorare aut curare, si iterum non se habeant. etenim ab his putant despici; eadem enim utique facerent. et his qui non contra benefaciunt, neque aequalem tribuunt. et his qui contraria faciunt ipsis, si minores fuerunt. despicere enim omnes tales videntur, et

---

1 scrib. egens 3 scrib. aliis si autem — quis Graecis desunt, M sic: si autem non quodcunque ad parvipend^{t} quis 4 praeparatur] προωδοποίηται ex A, ceteri προοδοποιεῖται 5 inexistente M 6 exstiterint] τύχῃ προςδεχόμενος 8 tempora et horae] ὧραι καὶ χρόνοι 9 et quae] ποῖαι 10 et quando et ubi] καὶ ποῦ καὶ πότε ex A, illud ceteri 12 mobiles ad iram om E 14 sunt] Graecis deest 16 videretur E 22 sed cum] ἐπειδὰν γὰρ ex A, ceteri ἐπειδὰν δὲ 24 quam] ἢ μὴ 26 se non M οὕτως ὁμιλῶσιν 29 fuerunt] fierent M ὦσιν

hi quidem ut minores, hi autem ut comparatione minores. et his qui in nulla proportione sunt, si quid parvi pendant, magis. supponitur enim ira parvipensionis ad non convenientes. convenit autem minoribus non parvi pendere. amicis autem si non bene dicant vel faciant, et adhuc magis, si contraria, et si non intendant indigentibus, sicut Plexippus Antiphontis Meleagro. parvipensionis enim non intendere signum. ea enim quae curamus non latent. et exsultantibus infortuniis, et totaliter his qui boni animi in ipsorum infortuniis. aut enim inimici aut parvipendentis signum. et his qui non curant, sed contristaverint. propter quod mala annuntiantibus irascuntur. et his qui aut audiunt de his aut respiciunt ea quae ipsorum mala. similes enim sunt aut parvipendentibus ad quinque, ad quos sunt in admiratione, a quibus volunt in admiratione haberi, ad quos verecundantur aut in confundentibus ipsos. in his si quis parvi pendat irascuntur magis. et his qui in talibus parvipendunt, in quibus turpe est ipsis non auxiliari, puta parentes, pueros, uxores, subiectos. et gratiam non reddentibus; praeter conveniens enim parvipensio. et ironizantibus ad studentes. despectivum enim ironia. et his qui sunt aliis bene factivi si non et ipsi. etenim hoc despectivum, non dignificare ipsum quibus omnes. factivum autem irae et oblivio, velut et non nominum existens circa modicum. . parvipensionis enim videtur et oblivio signum esse. propter incuriam quidem enim oblivio fit, incuria autem parvipensio est. quibus quidem igitur irascuntur, et quomodo habentes, et propter quae dictum est. palam autem quomodo oportebit utique ipsum efficere orationes tales quales existentes

1 comparatione minores] et inserit E παρ' ἡττόνων 7 melegare M Μελεάγρῳ 11 sed] scrib. si, ἐὰν propter quod] διὸ καὶ 13 parvipendentibus] post hoc ὁμοιοτελεύτῳ haec Graeca desunt: ἢ ἐχθροῖς, οἱ γὰρ φίλοι συναλγοῦσιν, θεώμενοι δὲ τὰ οἰκεῖα φαῦλα πάντες ἀλγοῦσιν. ἔτι τοῖς ὀλιγωροῦσι 15 ad quos] ἢ οὓς ex A, ceteri πρὸς οὓς 17 in quibus] ὑπὲρ ὧν 20 et] frontibus E 21 ipsis? 23 non nominum] ἢ τῶν ὀνομάτων οὕτως 25 iniuriam et hic et alibi E incuria] propter iniuriam E 27 dictum est] ἅμα εἴρηται ex A, ceteri ἅμα om quomodo] ὅτι ex A, ceteri ὡς

iracunde haberent, et contrarios his reos existentes, in quibus irascuntur et tales qualibus irascuntur.

Cap. III.

Quoniam autem irasci contrarium est ei quod est mitescere, et ira mansuetudini, sumendum, qualiter se habentes mites sunt, et ad quos mansuete se habent, et per quae mitescunt. sit itaque mansuefactio destitutio et quietatio irae. si igitur irascuntur parvipendentibus, parvipensio autem est voluntarium, manifestum, quod et his qui nihil horum faciunt, aut involuntarie faciunt, aut apparentibus talibus mites sunt. et volentibus contraria eorum quae fecerunt. et his qui et ad se ipsos tales. nullus enim ipse se ipsum videtur parvi pendere. et his qui confitentur et poenitent; tamquam enim habentes satisfactionem id quod est tristari de factis cessant ab ira. signum autem in servorum castigatione. negantes quidem enim et contradicentes magis flagellamus, ad confitentes autem iuste flagellari, quietamur ab ira. causa quod irreverentia est manifesta negari. irreverentia autem parvipensio et despectus. quos enim multum despicimus, non reveremur. et humiliatis ad ipsos et non contradicentibus; videntur enim confiteri minores esse; qui autem minores timent; timens autem nullus parvipendit. quod autem ad humiliatos cessat ira, et canes manifestant, non mordentes eos qui resident. et studiosis ad studiosos. videntur enim haberi in pretio, sed non despici. et deprecantibus et excusantibus. humiliores enim. et non contumeliosioribus, neque subsannatoribus, neque contemptoribus aut in nullum aut non in bonos, aut non in tales, quales ipsi. totaliter autem ex contrariis oportet intendere ea quae mansuefaciunt. et quos timent aut verecundantur. donec enim sic habeant, non irascuntur. impossibile enim

---

1 haberent] *ἔχουσιν* 10 et his qui et] alterum et om M *καὶ ὅσοι καὶ αὐτοί*, postremum vero *αὐτοὶ* plerique om 14 negantes . . et contradicentes] *ἀντιλέγοντας καὶ ἀρνουμένους* ex A, sed ceteri inverso ordine 16 quietamur ab ira] om M *παυόμεθα θυμούμενοι* causa] *αἴτιον δ'* 24 despici] post hoc desunt *καὶ τοῖς μείζω κεχαρισμένοις* 25 contumelioribus] ita et M pro contumeliatoribus

simul timere et irasci. sed his, qui propter iram fecerunt, aut non irascuntur aut minus irascuntur. non enim propter parvipensionem videntur egisse. nullus enim qui irascitur. parvipensio quidem enim sine tristitia, ira autem cum tristitia. et reverentibus ipsos. [enim confiteri mores esse.] et habentes autem contrarie ei quod est irasci, palam quod mites sunt; puta in ludo, in risu, in festo, in prosperitate, in directione, in consummatione, totaliter in non tristitia, et delectatione non contumeliosa, et in spe optima. adhuc autem qui a longo tempore et non de novo in ira entes; quietat enim iram tempus. quietat autem alterius ira maior et ab alio recepta punitio prius. propter quod bene Philocrates, dicente quodam irato populo, cur non respondes, nondum ait; sed tunc cum alium videro criminatum. mites enim fiunt, cum in alium iram expenderint; quale accidit Ergophilo; magis enim saevientes quam Calistio dimisit, propterea quod praecedenti die Callisthenis mortem sententiaverant. et si absorbeantur et si maius malum passi fuerunt, quam irati intulissent; velut enim accepisse punitionem existimantur. et si iustum facere putaverint ipsi et iure pati. non fit enim ira ad iustum. non enim adhuc praeter conveniens putant pati. ira autem hoc. propter quod sermone oportet proobiurgare. indignantur enim minus servi et qui flagellantur. si non percipi putent quod propter se et pro quibus patiebantur. enim singularium est. palam autem ex diffinitione. propter quod recte poesi factum est: dixisse verisimile verbum praedationem, tamquam non punitus nisi

1 sed] καὶ sed — irascuntur om M 4 parvipensio] scrib. parvipendit. parvipensio 5 enim — esse om M 9 adhuc autem] ἔτι ex A, sed ceteri δὲ addunt 11 ira maior] ὀργὴν μείζω 13 nondum] οὔπω γε tunc] πότε; 15 Ergophilo] et g filio M (o above g) ἐπὶ Ἐργοφίλου 16 Calistio] M talis rem E Καλλισθένει dimisit] divisio M ἀφεῖσαν 17 et si absorbeantur] non pro si V καὶ ἐὰν ἐλεῶσι ex A, ceteri ἕλωσι 19 existimantur] οἴονται 21 hoc] maior lacuna M, τοῦτο ἦν 23 qui et E κολαζόμενοι καὶ οἱ δοῦλοι si] καὶ ἐὰν percipi] participi M αἰσθήσεσθαι 24 enim] ἡ γὰρ ὀργὴ 26 verisimile verbum praedationem] uxillem p̃cōnē M Ὀδυσσέα πτολιπόρθιον, i. e. ulixem urbium praedatorem

sciat et a quo et pro quo. quare neque aliis, quicunque non sentiunt, irascuntur, neque mortuis adhuc vel passionis extremum, et non dolituris, neque sentientibus quod irati appetunt. propter quod bene de Hectore mortuo poeta, quietare volens Achillem ab ira: surdam utique terram cruciat iratus. palam igitur, quod mansuefacere volentibus ex his locis dicendum. ipsos quidem praecurant fieri tales, quibus autem irascuntur, aut terribiles aut reverentia dignos aut gratiosos aut involuntarios aut dolentes de factis.

Cap. IV.

Quos autem amant et odiunt, et propter quod, amicitiam et amare diffinientes dicamus. sit itaque amare velle alicui quae putat bona, illius gratia, sed non sui, et secundum posse activum esse horum. [amicus aut horum.] amicus autem est qui amat et contra amatur. putantur amici esse qui sic habere putantur adinvicem. his autem suppositis necesse amicum esse congaudentem bonis, et condolentem tristibus non propter aliquid alterum, sed propter illum. factis enim his quae volunt gaudent omnes, contrariis autem tristantur. quare voluntatis signum tristitiae et delectationes. et quibus iam eadem bona et mala, et qui iisdem amici, et qui iisdem inimici. eadem enim hos velle necesse. quare qui ea quae sibi alii vult, huic videtur amicus esse. et eos qui fecerint bene amant, aut ipsis aut eis quos cordi habent, aut si magne aut prompte, aut in talibus temporibus, et ipsorum gratia, et quoscunque putant velle benefacere. et amicorum amicos et amantes quos ipsi diligunt, et dilectos a dilectis sibi. et eisdem inimicos, et odientes quos ipsi odiunt, et eos qui habentur odio ab his qui odiuntur a se. omnibus enim his eadem bona videntur esse et sibi ipsis, quare velle quae ipsis bona,

---

2 adhuc vel passionis] a d p a s c ō M *ὡς πεπονθόσι τε* 3 sentientibus] v e l u t e x c i t a t i s e n t e n t i b u s M 5 utique] *γὰρ δὴ* 7 fieri tales] *τοιούτους* 9 dolentes] *ὑπεραλγοῦντες* 13 a m i c u s a u t h o r u m om M 19 iam] *δὴ*, sed alii *ἤδη* 22 alii] *καὶ ἄλλῳ* 23 aut prompte] *ἢ εἰ προθύμως ἢ εἰ* 24 et quoscunque] *ἢ οὓς*

quod quidem erat amici. adhuc beneficos in pecunias et salutem. propter quod liberales et fortes honorant. et iustos. tales autem putant non ab aliis viventes. tales autem qui ab operando, et horum qui ab agricultura, et aliorum qui ipsi operantur maxime. et temperatos, quia non iniusti. et eos qui sine negotiis propter idem. et quibus volumus amici esse, si videantur volentes. sunt autem tales boni secundum virtutem, et bene probati aut in omnibus, aut in optimis aut in his quae admirantur ab eis ipsis, aut in quibus admirantur ipsos. adhuc delectabiles simul conversari et per diem simul commorari. tales autem tractabiles, et non arguitivi peccatorum, et non litigiosi neque criminosi. omnes enim tales pugnantes; pugnantes autem contraria videntur velle. et idonei deridere et sufferre. ad eadem enim student ambo e vicino, potentes irrideri et suaviter irridentes. et laudantes inexistentia bona et horum maxime quae timent non inesse. et mundos circa visum, circa vestitum, circa totam vitam. et non exprobratores neque peccatorum neque beneficiorum. utrique enim arguitivi. et non memoratores malorum, neque servativos impositionum, sed facile placabiles. quales enim utique existimaverint esse ad alios, et ad ipsos putant. et non maliloquos, neque scientes, neque proximorum mala neque sua, sed bona. bonus enim hoc agit. et non contendentes iratis et studientibus. pugnantes enim qui tales. et eos qui ad ipsos similiter habent, velut admirantes ipsos, et studiosos existimantes, et gaudentes ipsis, et haec maxime passos circa quae maxime ipsi volunt aut in admiratione esse, aut studiosi videri esse aut delectabiles. et similes et eadem exercentes, si non molestent, neque ab eodem sit vita. fit enim sic figulus figulo. et eadem desiderantes quae contingit simul participare

1 et salutem] *καὶ εἰς σωτηρίαν* 2 liberales] substantiales E 3 tales] utiles E 4 ipsum E 13 pugnantes] *μαχητικοὶ* 14 eadem] *ταὐτὸ* ex A, ceteri *ταὐτὰ* 15 irrideri] videri E *δυνάμενοί τε σκώπτεσθαι* et laudantes inexistentia] in circa naturam E 19 meditatores E servatores M 20 facile] facere E 23 tendentes E contratendentes? et studientibus] neque studentes E *ἢ σπουδάζουσιν* 25 similiter] *σπουδαίως πως* ex A, ceteri *ὡσαύτως*

ipsos, si autem non idem sic accidit. et ad quos ita se habent, ut non verecundentur ea quae ad gloriam, non despicientes. et ad quos [non] verecundantur ea quae ad veritatem. et ad quos in amore honoris sunt, et a quibus zelari volunt, et non invidiam pati, hos aut amant aut volunt amici esse. et cum quibus utique bona simul egerunt, si non debeant ipsis fore mala maiora. et his qui similiter et absentes et praesentes diligunt. propter quod et eos qui circa mortuos sunt tales omnes diligunt. et totaliter eos qui valde amatores amicorum et non delinquentes. maxime enim amant bonorum amare bonos. et non fictos ad se ipsos. tales autem et qui mala sua dicunt. dictum enim quod amicos quae ad gloriam non verecundamur. si igitur qui verecundantur non amant, qui non verecundantur amanti assimilantur. item non timidos et ad quos audemus. nullus enim, quem timet, amat. species autem amicitiae, sodalitas et domesticitas et cognatio et quaecunque talia. factiva autem amicitiae gratia, et non requisitum facere, et cum fecerit non manifestare. sic enim ipsius gratia videtur et non propter alterum. de inimicitia autem et odire manifestum qualiter ex contrariis oportet considerare. factiva autem inimicitiae ira, epireasmus, criminatio. ira quidem igitur est ex ipsis quae ad se ipsum; inimicitia autem et sine his quae ad se ipsum. si enim putemus esse talem, odimus. et ira quidem semper circa singularia, puta Calliam aut Socratem, odium autem et ad genera. furem enim odit et calumniatorem unusquisque. et hoc quidem sanabile tempore, hoc autem insanabile. et . h. quidem contristare appetit, hoc autem necesse magis. sentiri enim vult iratus, huic autem nihil differt. sunt autem tristia quidem

---

1 sic] s i t E καὶ οὕτω 3 n o n om M 4 et a quibus] ἢ ὑφ' ὧν 13 ὁ αἰσχυνόμενος μὴ φιλεῖ, ὁ μὴ αἰσχυνόμενος φιλοῦντι ἔοικεν 14 non] a d M καὶ τοὺς μὴ φοβερούς 16 et domesticitas et] οἰκειότης ex A, sed ceteri καὶ οἰκ. καὶ 17 requisitum] δεηθέντος 19 propter alterum] διά τι ἕτερον ex A, ceteri τι om 22 ipsis quae] τῶν i i s? i n i m i c i t i a — i p s u m om E 25 Calliam aut Socratem] Καλλίᾳ ἢ Σωκράτει, sed alii accusativum praebent 26 q u i d e m — h o c om E 28 necesse] v o c e m M; sequi vult lectionem τοῦ λυπῆσαι ἐφίεται, ἡ δὲ τοῦ κακῶσαι μᾶλλον

sensibilia omnia. quae autem maxime mala, minime sensibilia, iniustitia et imprudentia. nihil enim contristat praesentia malitiae. et .h. cum tristitia, haec autem non cum tristitia. iratus quidem igitur tristatur, odiens autem non. et hic quidem multa si fiant miserabitur, hic autem pro nullo. hic quidem enim circa pati vult eum cui irascitur, hic autem non esse. manifestum igitur ex his, quod contingit inimicos et amicos et existentes demonstrare, et non existentes facere, et dicentes dissolvere, et aut propter iram aut propter inimicitiam vacillantes, ad utrumque elegerit quis ducere.

Cap. V.

Qualia autem timent, et quos et qualiter habentes, ita est manifestum. sit itaque timor tristitia quaedam vel turbatio ex phantasia futuri mali, aut corruptivi aut contristativi. non enim omnia mala timentur; puta si erit iustus aut tardus, sed quaecunque aut tristitias magnas, aut corruptiones possunt, et haec, si non longe, sed prope videantur, ut in proximo futura. quae enim longe valde non timentur. sciunt enim omnes quod morientur, sed quia non prope, nihil curant. si itaque timor hoc est, necesse talia timenda esse quaecunque videntur potentiam habere magnam corrumpendi aut nocendi nocumenta in tristitiam magnam tendentia. propter quod et signa talium timenda. prope enim videtur quod timendum. hoc enim est periculum terribilis appropinquatio. talia autem inimicitia et ira potentium facere aliquid. palam enim quod volunt et possunt. quare sunt prope facere. et iniustitia potentiam habens. in eligendo enim iniustus. et

---

4 quidem igitur] *μὲν γὰρ* 6 circa pati] coupati M contra pati? *ἀντιπαθεῖν* 9 aut propter iram] *δι᾽ ὀργὴν* ex A, ceteri *ἢ* 10 utrumque] *ὁπότερ᾽ ἂν* 12 est] *ἔσται* sed alii *ἐστί* 13 aut corruptivi] *φθαρτικοῦ* ex A, ceteri *ἢ* praeponunt 14 timentur] *φοβοῦνται* ex A, ceteri *φοβεῖται* iustus] lac. M, *ἄδικος* 15 quaecunque aut] *ὅσα* ex A, ceteri *ὅσα ἢ* 17 timent? 25 volunt et possunt] *βούλονται* ex A, ceteri *βούλονταί τε καὶ δύνανται* 26 iniustus] *ὁ ἄδικος ἄδικος*

virtus calumniam passa potentiam habens. palam enim quod eliget quidem calumniam contumeliam passa sit semper; potest autem nunc. et timor potentium aliquid facere. in promptitudine enim necesse esse et talem. quum autem multi deteriores et minores ad lucrandum, et formidolosi in periculis, terribile ut in pluribus super alium ipsum esse. quare consocii eius qui fecit aliquid dirum terribiles, aut ne prodant aut deserant. et potentes iniusta facere super his qui possunt iniusta pati. ut enim in pluribus iniusta faciunt homines, cum possunt. et iniusta passi, aut putantes iniusta pati. semper enim observant tempus. et qui iniusta fecerunt, si potentiam habeant, timendi, cum formident contra pati. supponebatur enim tale terribile. et pro eisdem certantes, quaecunque non contingit simul existere ambobus; semper enim pugnant ad tales. et qui melioribus terribiles, et ipsis terribiles. magis enim utique poterunt laedere ipsos quam meliores. et quos timent meliores ipsis propter idem. et qui meliores se ipsis peremerunt, et qui melioribus se ipsis suppositi. aut enim iam timendi aut cum egerunt. et eorum qui iniusta passi sunt, et inimicorum aut refellentium adversariorum non qui acutae irae et instantissimi, sed mites et iromatores et astuti. immanifesti enim quam prope. quare nunquam manifesti quam longe. omnia autem timenda terribiliora quaecunque si peccaverint corrigi non contingit, sed aut totaliter impossibilia, aut non in se ipsis, sed in contrariis. et quorum auxilia non sunt aut non facilia. ut autem simpliciter dicere, timenda sunt quaecunque in aliis facta aut futura miserabilia sunt. timenda quidem igitur et quae timent, fere, ut est dicere, maxima haec sunt. qualiter autem dis-

2 eliget] προαιρεῖται contumeliam semel in M ὅταν ὑβρίζηται 8 super] scrib. semper nam praeter A ceteri addunt ἀεὶ 15 et ipsis terribiles] om M, desunt Graecis ex A, deteriores vero κρείττοσιν φοβεροὶ καὶ αὐτοῖς φοβεροί 16 quam] εἰ καὶ ex A, ceteri ἢ 18 melioribus] τοῖς ἥττοσιν. secunda manus in B γρ. κρείττοσιν suppositi] ἐπιτιθέμενοι 19 egerunt] eve cum lac. M αὐξηθέντες 20 referentium E ἀντιπάλων 21 instantissimi] παρρησιαστικοί iromatores] εἴρωνες 22 quam] εἰ sed A ἢ 23 quam] ὅτι

positi ipsi timent, nunc dicamus. sed ita est timor cum exspectatione patiendi corruptivam passionem aliquam, manifestum quod nullus timet putantium nihil contra pati, neque haec quae non putant pati, neque .h. a quibus non putant, neque tunc quando non putant. necesse igitur timere existimantes aliquid se passuros et eos quibus haec et nunc. non putant autem se passuros neque qui in eufortuniis magnis sunt et putantes; propter quod contumeliosi et parvipensores et audaces. faciunt autem tales divitiae, robur, multitudo amicorum, potestas, neque qui putant se pertulisse omnia gravia, et obdurati ad futurum; sicut qui decapitantur iam, sed oportet aliquam spem adesse salutis, de quo in agonia sunt. signum autem; timor enim consiliativos facit. et quidem nullus consiliatur de desperatis. quare oportet tales praeparare, quando sit melius timere ipsos quia tales sunt quales pati. etenim alii maiores passi fuerunt; et ipsi similiter ostendere patientes aut passos, et ab his a quibus non putabant et haec tunc. quoniam autem de timore manifestum quid est et de timidis, et quomodo singuli habentes formidant, manifestum ex his, et audere quid est et circa qualia audaces et quomodo dispositi audaces sunt. ausibile enim contrarium timido. quare etiam cum phantasia spes salutarium ut prope existentium, timendorum autem aut non entium aut longe entium. sunt autem ausibilia periculosa longe entia et ausibilia prope. et directiones si sint, et auxibilia aut multa aut magna, aut ambo. et si neque iniusta passi neque iniusta fecerint. adversantesque aut non sint omnino, aut non habent potentiam, aut potentiam habentes sint amici, aut fecerint bene aut hi passi fuerint. aut si plures fuerint, quibus haec conferunt,

---

1 sed ita] sicca M scrib. si itaque εἰ δή 3 contra] esse E ἂν sed alii ἀντιπαθεῖν 6 passuros — autem se om M eos quibus] τοὺς ὑπὸ τούτων καὶ nunc] τότε scrib. tunc 10 pertulisse] ἤδη πεπονθέναι 13 et quidem] καίτοι 16 et ipsi] ex ipsis M καὶ τοὺς ὁμοίους 17 ab his] ὑπὸ τοιούτων 18 haec tunc] .h. erit tunc E ταῦτα καὶ τότε ὅτε οὐκ ᾤοντο 21 contrarium timido] ἐναντίον (τῷ φόβῳ καὶ τὸ θαρραλέον) τῷ φοβερῷ, sed om inclusa libri 22 quare etiam] et quare M ὥστε

aut meliores aut ambo. ipsi autem sic habentes ausivi sunt, si in multis obtinuisse putant, et non passos fuisse, et si saepe inciderint periculis et evaserint. dupliciter enim impassibiles fiunt homines aut in non expertos fuisse aut in habendo auxilia, sicut in periculis quae penes mare inexperti hiemis audent futura, et auxilia habentes propter experientiam. et quando similibus non erit timendum neque minoribus, et his quibus meliores putant esse. putant autem his quibus dominati sunt, aut ipsis aut melioribus aut similibus. et si existere ipsis putant plura et maiora quibus excedentes timidi sunt. haec autem sunt multitudo pecuniarum, et robur corporum, et amicorum et regionis, et praeparationum ad bellum, aut omnium aut maximorum. et si non iniusta fecerint aut nulli aut non multis, aut non talibus de quibus non timent. et totaliter si ea quae ad deos ipsis bene habeant, et quantum ad alia, et quantum ad ea quae a signis et reputationibus. ausivum enim ira. non iniusta facere autem, sed iniusta pati irae factivum est. divinum autem arbitratur auxiliari iniusta patientibus. et cum praeinvadentibus aut neque nihil utique pati neque passuros aut obtinere putaverint. et de timendis quid et ausibilibus dictum est.

Cap. VI.

Qualia autem erubescunt et non erubescunt et ad quos et qualiter habentes palam. sit itaque erubescentia tristitia quaedam et turbatio circa ea quae videntur ferre in ingloriationem malorum aut praesentium aut factorum aut futurorum; inerubescentia autem parvipensio quaedam et impassibilitas circa haec ipsa. si itaque est erubescentia quae diffinita, necesse erubescere quidem in talibus malorum, quae videntur

3 impassibiles] marg. V inauxibiles   14 non] del.   19 praeinvadentibus] ἐπιχειροῦντες ex A, ceteri προεπιχειροῦντες   23 palam] ἐκ τῶνδε δῆλον   itaque] δὴ cum A, ceteri δ' ἡ   24 et] ἢ ex A, ceteri καὶ   27 itaque] δὴ cum A, ceteri δ'   28 quidem] om A, ceteri μὲν   quae] ὅσα αἰσχρὰ δοκεῖ ἢ ex A, ceteri ἃ δοκεῖ αἰσχρὰ εἶναι αὐτῷ

turpia esse ipsi aut his de quibus curant. talia autem sunt quaecunque a malitia opera sunt, ut abiicere clipeum aut fugere. a timiditate enim. aut spoliasse depositorium. ab iniustitia enim. et commixtum fuisse quibus non oportet, aut ubi non oportet, aut quando non oportet. ab intemperantia enim. et lucrari a modicis aut a turpibus aut ab impotentibus; puta pauperibus vel mortuis. unde et proverbium: saltem a mortuo ferre. a turpi lucratione enim et illiberalitate. et non auxiliari in pecuniis potentem, aut minus auxiliari. et iuvari a minus habundantibus. et mutuum recipere quando videbitur petere, et petere quando repetere, et repetere quando petere, et laudare et videtur petere, et delaudare ut repulsam passum nihil minus. omnia enim haec illiberalitatis signa. laudare autem praesentem adulationis. et bona quidem superlaudare, prava autem delinire. et superdolere cum dolente, et alia omnia quaecunque talia. adulationis enim signa. et non sufferre labores, quos senes aut delicati, aut in potestate magis sunt, aut totaliter impotentiores. omnia enim mollitiae signa. et ab altero bene pati et saepe. et quae bene fecit, improbrare. pusillanimitatis enim omnia et humilitatis signa. et de se ipso dicere et promittere. et aliena propria sui narrare. iactantia enim. similiter autem et in aliis uniuscuiusque moralium malitiarum opera et signa et similia. turpia enim et erubescilia. et super haec bonis quibus omnes participant, aut similes omnes, aut plurimi, non participare. similes autem dico qui eiusdem gentis, cives, coaetaneos, cognatos, universaliter eos qui ex aequo. turpe enim iam non participare, puta eruditione in tantum, et aliis similiter. omnia autem haec magis si ipse sit causa eorum quae exstiterunt aut existunt aut futura sunt. patientes autem

1 ipsis E 8 saltem a] in saltem qui M κἂν ἀπὸ 10 iuvari a] iniuria E 12 et videtur] scrib. ut videatur . et videtur . . delaudare ut om M delaudare ut del. 13 passum om E 16 cum dolente] ἀλγοῦντι παρόντα ex A, ceteri ἐπ' ἀλγοῦντι 17 senes] πρεσβύτεροι 21 dicere] πάντα λέγειν ex A, ceteri om πάντα 22 propria sui] αὑτοῦ iactantia] ἀλαζονείας ex A, sed alii ἀλαζονεία 23 in aliis] ἀπὸ τῶν ἄλλων ex A, ceteri ἐπὶ 29 magis] post haec plura desunt ex A solo suppleta eorum] lac. M

passi aut passuri talia erubescunt quaecunque in dehonestationem ferunt et opprobria. haec autem sunt, quaecunque ad servitutes aut corporis aut operis operum turpium, de quibus etiam contumeliam inferre. et quae quidem in intemperantiam et voluntaria et involuntaria, quae autem in violentiam, involuntaria; ab invirilitate enim aut timiditate sufferentia. et non repugnare. quae quidem igitur erubescunt, haec sunt et talia. quoniam autem de confusione phantasia est erubescentia et huius ipsius gratia, et non evenientium; nullus enim de gloria curat nisi propter quidem glorificantes, necesse hos erubescere, quorum existimationem habet. existimationem enim habent admirantium et eorum quos admirantur, et a quibus volunt in admiratione haberi, et eorum ad quos sunt in amore honoris, et quorum opinionem non despiciunt. in admiratione quidem igitur esse volunt apud hos, et mirantur hos qui habent aliquod bonum pretiosorum, aut comparatione quorum existunt indigentes valde aliquo eorum in quibus illi praevalent, velut amantes. sunt autem in amore honoris ad similes. curant autem de sapientibus tanquam verum dicentibus. tales autem et qui senes et qui eruditi. et quantum ad ea quae in oculis et in manifesto. unde et proverbium: in oculis esse verecundor. et propter eos qui semper aderunt magis erubescunt, et eos qui attendunt ad eos, propterea quod in oculis utrumque. et eos qui non rei circa haec. palam enim quod contraria videntur his. et non indultivos his qui videntur peccare. quae enim ipse facit, haec dicitur proximis non vetare; quare si non facit palam quia stomacha. et propalativos multis. nihil

2 quaecunque] τὰ ex A, sed ceteri ὅσα 3 operis del. operis aut turpium M de quibus etiam] ὧν ἐστι τὸ ὑβρίζεσθαι 9 et] ἀλλὰ set? 10 enim] om E δὲ propter quidem] om E διὰ 12 enim] δ' admirantur] θαυμάζει . . βούλεται et sic porro 16 qui habent aliquod] ὅσοι τι ἔχουσιν ex A, ceteri ἔχουσι τι 21 et quantum ad ea] καὶ τὰ manifesto] ἐν φανερῷ μᾶλλον ex A, ceteri om μᾶλλον 22 verecundiorum M αἰδῶ verecundiam? 24 utrumque] ἀμφότερα 27 si non facit] ἃ μὴ ποιεῖ ex A, ceteri ἂν μὴ ποιῇ 28 stomacha.] lac. M νεμεσᾷ stomachatur?

enim differt non putari aut non propalare. propalativi autem et qui iniusta passi propterea quod observant, et maledici. siquidem enim non peccantes, multo amplius peccantes. et eos quibus persistentia in peccatis proximorum; puta irrisoribus et comoediae factoribus. maliloqui enim aliqualiter isti et propalativi. et eos inter quos in nullo defecerunt; velut enim admirabiles disponuntur. propter quod et eos a quibus primo aliquid postularunt, erubescunt, tamquam nihil nunquam dignificati inter ipsos. tales autem et qui nunc primo volunt amici esse; optima enim proponuntur. propter quod bene habet Euripidis responsio ad Syracusanos; et ab antiquo notorum nihil consocii. erubescunt autem non solum ipsa quae dicta sunt erubescibilia, sed et signa, utputa non solum venerea agentes, sed et signa ipsorum, et non solum facientes turpia, sed et dicentes. similiter autem neque dictos solum erubescunt, sed propalativos ipsis, puta obsequentes et amicos horum. totaliter autem non erubescunt neque eos quorum multi despiciunt opinionem et verum dicendi. nullus enim bestias et pueros erubescit, neque in eisdem notos et ignotos, sed notos quidem in his quae videntur ad veritatem, eos autem qui a remotis in his quae ad famam. ipsi autem sic dispositi erubescunt utique, primum quidem si existerent ad ipsos aliqui ita se habentes quales diximus esse quos erubescunt. erant autem hi aut in admiratione habiti, aut admirantes, vel a quibus volunt in admiratione haberi, aut illi quorum aliqua opportunitate indigent, quae non obtinebunt inglorii existentes. et illi aut videntes, sicut Kydias de Sami sortilegio concionatus est. dignificabat enim existimare Athenienses astare in circuitu Ellenas tamquam videntes et non solum audituros,

---

3 enim] γὰρ καὶ 6 inter quos om M 8 nunquam dignificati] πω ἠδοξηκότες ἐν αὐτοῖς, alii enim ἠξιωκότες 10 proponuntur] τεθέανται 14 ipsorum] αὐτοῦ, sed alii αὐτῶν 15 neque] οὐ ex A, ceteri οὐδὲ solos MV et sane B μόνους sed] ἀλλὰ καὶ 16 obsequentes] 'prosequentes M θεράποντας 17 multi] πολὺ ex A, sed alii πολλοὶ 18 et] sed M τοῦ ἀληθεύειν bestias et pueros] παιδία καὶ θηρία ex A, ceteri invertunt 20 virtutem V 21 famam] νόμον erubescent? 29 Ellenas] elimellis E

quaecunque supputabuntur, aut si prope sunt tales aut debeant scire. propter quod et videri infortunantes a zelantibus nunquam non volunt. admiratores enim qui zelatores. et quum habeant quae erubescunt opera et negotia aut sui ipsorum aut progenitorum aut aliorum aliquorum ad quos existit ipsis aliqua necessitudo. et totaliter pro quibus erubescunt ipsi. sunt autem hi qui dicti et qui in ipsos referuntur, quorum doctores aut consiliati fuerunt. et si sint alii similes, ad quos amant in honore esse. multa enim erubescentes propter tales et faciunt et non faciunt. et aspiciendi et in manifesto conversantur apud consocios erubescunt magis sunt. unde et Antiphon poeta debens decapitari a Dionysio dixit, videns commorituros velatos, quomodo eiiciebantur per portas: quid velamini, inquit, si non cras aliquis horum nos videbit. de erubescentia quidem igitur haec. de inerubescentia autem palam quomodo ex contrariis habundabimus.

Cap. VII.

Quibus autem gratiam habent, et in quibus et qualiter ipsi habentes, cum diffinierimus gratiam, palam erit. sit itaque gratia, secundum quam dicitur habens gratiam subvenire indigenti, non pro aliquo, neque ut aliquid sibi subvenienti, sed ut illi aliquid. magna autem utique aut valde oportunorum aut magnorum aut difficilium, aut in temporibus talibus aut solus aut primus aut maxime. indigentiae autem sunt appetitus, et horum maxime qui cum tristitia eius quod non fit. tales autem concupiscentiae puta amor, et in corporis anxietatibus et in periculis. etenim periclitans concupiscit et qui tristatur. propter quod qui in egestate assistunt et in fugis, et si in modicis subveniant propter magnitudinem indi-

2 scire] lac. M sentire? αἰσθήσεσθαι 3 unquam? 11 conversantur] ἀναστρέφεσθαι erubescentes? 12 decapitari] disputari V 13 exciebantur M ᾔεσαν 14 si non] ἢ μὴ 15 nos] ὑμᾶς 17 ex qualiter M ἢ πῶς 21 utique aut] ἂν ᾖ, alii ἂν ἢ oportunorum] δεομένῳ, alii δεομένων 22 aut difficilium] καὶ χαλεπῶν 27 existunt E in fugis] φυγαῖς, sed C ἐν φυγαῖς

gentiae, et opportunitatem gratiam fecisse habentur, velut qui in Lyceo celatum dedit. necesse igitur maxime quidem in talia habere subvenientiam. si autem non, in aequalia aut maiora. quare quum manifestum, et quando, et in quibus fit gratia et qualiter habentibus, palam quod ex his praeparandum hos quidem demonstrantes aut qui sunt, aut qui fuerunt in tali tristitia et indigentia, hos autem quod succurrerunt in tali oportunitate in tali aliquo at succurrunt. manifestum autem, et unde auferre contingit gratiam et facere sine gratia; aut enim quod sui gratia succurrerunt aut succurrunt. hoc autem non erat gratia; aut quod a casu accidit aut coacti fuerunt; aut quia reddiderunt, sed non dederunt, sive scientes sive non. utroque enim modo aliquid pro aliquo. quare neque sic utique erit gratia. et circa omnia praedicamenta intuendum. gratia enim est, aut quia hoc, aut tantum, aut quale, aut quando, aut ubi. signum autem et si in minori non succurrerunt, et si inimicis, aut eadem, aut aequalia aut maiora. palam enim, quod neque haec nostri gratia. aut si prava sciens. nullus enim confitetur indigere malis. et de eo quidem quod est gratiam fieri, et non gratiam facere, dictum.

Cap. VIII.

Qualia autem miserabilia et quibus miserentur et qualiter ipsi habentes, dicamus. sit itaque misericordia tristitia quaedam super apparenti malo corruptivo vel contristativo eius qui indignus est sortiri, quod sive ipse exspectet si passurum sive aliquem suorum. et horum cum prope videatur. palam enim quod miseraturum necesse existere talem qualis putatur passurus aliquod malum aut ipse aut suorum aliquis, et tale malum quale dictum est in definitione aut simile aut vicinum.

---

2 colatum M calatum V φορμὸν 3 talia] ταῦτα ex A, ceteri τοιαῦτα 7 tristitia et indigentia] cum QYZ 8 at] M om EV, scrib. aut ἢ quod codices omnes omittunt. 10 succurrerunt aut succurrunt] ὑπηρετοῦσιν ἢ ὑπηρέτησαν 23 vel] καὶ 24 exspectat si] lacuna M προσδοκήσειεν ἂν ex A, ἂν ceteri om 25 horum] τοῦτο sed A τούτων 27 aut ipse om M

propter quod neque qui ex toto perierunt, miserentur; neque enim amplius pati putant. passi enim; neque qui super felices esse putant, sed contumeliam faciunt. qui enim omnia adesse putant bona palam quod et . h. non contingere pati nullum malum. etenim hoc bonorum. sunt autem tales quales putant se pati, et qui iam passi sunt et evaserunt. et senes et propterea quia sapiunt et propter experientiam. et debiles. et quia formidolosiores magis. et eruditi. facile ratiocinativi enim. et quibus existunt parentes aut pueri aut uxores. ipsius enim haec et qualia pati propter ea quae dicta sunt. et qui neque in virilitatis passione sunt, puta in ira aut audacia. sine meditatione enim futuri haec; neque in contumeliativa dispositione. etenim hi non ratiocinativi de patiendo in futuro aliquid, sed qui intermedii horum. neque rursum timentes valde. non enim miserentur stupefacti propter intendere propriae passioni. et si putant aliquos esse epiekees. qui enim nullum putat, omnes existimabit dignos esse malo. et totaliter itaque cum ita se habeat, ut recordetur talia accidisse aut sibi aut suorum alicui, aut speret fieri sibi aut suorum alicui. qualiter quidem igitur habentes miserentur, dictum est. quae autem miserentur, ex diffinitione palam. quaecunque enim tristium aut dolorosorum corruptiva, omnia miserabilia interemptiva, et quorumcunque malorum fortuna causa, magnitudinem habentium: sunt autem dolorosa quidem et corruptiva mortes et vulnerationes corporum et afflictiones, et senectus, et aegritudines et alimenti indigentia. quorum autem fortuna causa malorum esse sine amicis, paucos habere amicos; propter quod et separari ab amicis et consuetis miserabile, confusio, debilitas, orbatio. et unde conveniebat bonum aliquod agere, malum aliquod evenisse et saepe tale. et iam passo adesse aliquod bonum, velut diopethi mortuo quae a rege affuerunt. et aut nullum affuisse bonum, aut non esse perfruitionem eorum quae fiunt. et in quibus quidem igitur

6 pati forti et M παθεῖν ἂν 19 sibi] ἢ αὑτῷ, sed A om ἢ 23 interemptiva] καὶ ὅσα ἀναιρετικὰ 31 diopethi] V deoperchi M deoperthi E Διοπείθει 32 affuerunt] κατεπέμφθη 34 et quibus M del. et

miserentur, haec et talia sunt. miserentur autem super notos si non valde prope sint in familiaritate. circa hos autem velut circa se ipsos futuros habent. propter quod et Amasis super filio quidem qui ducebatur ad mortem non ploravit, ut aiunt, super amico autem qui expectabat. hoc quidem enim miserabile, illud autem dirum. dirum autem aliud miserabili et expulsivum miserationis, et saepe adversario utile. adhuc miserentur id quod prope est ipsi diro. et super similes miserentur secundum aetatem, secundum mores, secundum habitus, secundum dignitates, secundum genera. in omnibus enim his magis videtur et ipsi adesse utique. totaliter enim et hic oportet accipere, quod quaecunque super ipsos timent, haec super alios facta miserentur. quum autem prope apparentes passiones miserabiles sunt, milesimo autem anno facta aut futura neque sperantes neque reminiscentes aut totaliter non miserentur aut non similiter, necesse comparantes figuris, et vocibus et vestitu et totaliter ypocrisi miserabiliores esse. faciunt enim prope apparere malum prae oculis facientes vel tanquam futurum vel tanquam factum. et facta statim aut futura in brevi miserabiliora propter idem. et signa et operationes, puta vestes passorum et quaecunque talia eorum qui in passione sunt, velut iam morientium. et maxime studiosos esse in talibus temporibus existentes, mirabile. omnia enim haec propterea quod prope apparent magis faciunt misericordiam, et velut indigni existentis, et in oculis apparente passione.

Cap. IX.

Opponitur autem ei quod est misereri maxime quidem quod vocant nemesare. id quod est tristari de indignis male actionibus oppositum est quodammodo et ab eodem more, ei quod est de indignis bonis actionibus tristari, et ambae pas-

5 qui expectabat] προσαιτοῦντι 6 autem] γὰρ 8 ipsi om M αὐτοῖς 9 aetatem] ἡλικίας, sed A ἡλικίαν 21 alia E 24 misericordiam] manifestum E 28 id] .i. M τῷ γὰρ λυπεῖσθαι .. τῷ λυπεῖσθαι

siones moris boni. oportet enim de indigne quidem agentibus male compati et misereri, de aliis autem nemesare. iniustum est enim quod praeter dignitatem factum. propter quod et diis attribuimus nemesare. videbitur autem utique et invidia ei quod est misereri eodem opponi modo, tanquam propinquum sit et idem ei quod est nemesare. est autem alterum. tristitia quidem enim conturbans et invidia est ad bonam actionem, sed non indigni, sed aequalis et similis. hoc autem non quod ipsi eveniet aliquid alterum, sed propter ipsum proximum omnibus similiter oportet existere. non enim adhuc esse hoc quidem invidia, hoc autem nemesis, sed timor, si propter hoc tristitia existit et turbatio, quod ipsi aliquid erit malum ab illius bona actione. manifestum autem quod assequentur et contrariae passiones his. qui quidem enim tristatur de indignis male agentibus, delectabitur, vel sine tristitia erit de contrariis male agentibus, velut si parricidae vel matricidae cum obtineant poenas, nullus itaque tristabitur bonus. oportet igitur gaudere de talibus; eodem autem modo de bene agentibus secundum dignitatem. ambo enim iusta et faciunt gaudere eum qui epiikis. necesse enim sperare et fore utique quae quidem simili et sibi. et sunt eiusdem moris omnia haec; contraria autem contrarii. idem enim qui gaudet de malo et invidus. de quo enim quis tristatur facto et existentem, necessarium hunc de privatione huius et corruptione gaudere. propter quod prohibitiva quidem minime omnia haec sunt; differunt autem propter dictas causas. quare ad non miserabilia facere omnia similiter utilia. primum quidem igitur de nemesare dicamus, quibusque nemesim habent, et in quibus, et qualiter ipsi habentes, deinde post haec de aliis. manifestum autem ex dictis. si enim est nemesari de eo qui videtur indigne bene agere, primum quidem palam, quia non possibile de omnibus bonis nemesare. nullus enim, si iustus

7 est] ἐστὶ καὶ 11 esse] ἔσται invidia hoc autem nemesis] νέμεσις τὸ δὲ φθόνος ex A, ceteri invertunt 15 indignis . . contrariis] ἀναξίως . . ἐναντίως ex A 17 itaque om M scrib. utique ἂν 18 igitur] γὰρ de] καὶ ἐπὶ 20 faciunt] ποιεῖ 24 corruptione] τῇ φθορᾷ τῇ τούτου 25 minima M scrib. misericordiam ἐλέου 32 nullus] οὐ ex A

aut fortis, aut si virtutem accipiat, nemesim habebit adhuc. neque enim minime de contrariis horum sunt, sed de divitiis, et potentia, et talibus quorum bonorum, ut simpliciter est dicere, digni sunt boni et habentes ea quae secundum naturam bona, puta ingenuitatem et pulchritudinem et quaecunque talia. quoniam autem quod antiquum prope aliquid videtur ei quod secundum naturam, necesse habentibus idem bonum, si nuper habentes existant, aut propter hoc bene agant, magis nemesare. magis enim contristant nuper ditati quam qui ab antiquo et per genus. similiter autem et principes et potentes, et qui multos amicos, et qui multos bonos filios et quodcunque talium, et si propter haec aliud bonum fiat ipsis eodem modo. etenim hic magis contristant, qui nuper divites, principantes propter divitias, quam qui divites ab antiquo. similiter autem et de aliis. causa autem quia hi quidem videntur sua habere, hi autem non. quod non ita semper videtur habere, verum putatur; quare alii non sua habere. et quum quemlibet bonorum non quocunque dignum, sed est quaedam proportio, et congruentia puta armorum pulchritudo non congruit iusto, sed forti, et nuptiae differentes non nuper ditatis sed generosis. si igitur bonus existens id quod non congruens adeptus est, nemesibile. et minorem cum meliori litigare. maxime quidem igitur eos qui in eodem. unde et hoc dictum est: Aiacis fugit pugnam Telamonidae; Iuppiter enim nemesavit quando meliori luce pugnaverit. si autem non et si qualitercunque minor cum maiori, puta si musicus cum iusto. melior enim iustitia quam musica. quibus quidem igitur nemesabunt et propter quid, ex his palam. haec enim et talia sunt. ipsi autem nemesitici sunt, si digni existunt entes maximorum bonorum, et haec adepti. similibus enim dignificatos esse qui non similes, non iustum. secundo autem si entes boni et studiosi existant. iudicant enim et iusta odiunt.

---

1 habebit adhuc] *νεμεσήσει τούτῳ* 2 minime om M scrib. misericordiae *οἱ ἔλεοι* 3 quorum bonorum] *ὅσων* 11 qui multos bonos filios] *εὔτεκνοι* 12 aliud] om EV *ἄλλο τι* 16 non ante ita om M *γὰρ* 18 bonorum] honorem E 24 Aiacis] avimatis M *Αἴαντος δ'* 28 nemesabunt] *νεμεσῶσι* propter quid] *δι' ἃ* sed A *διὰ τί*

et si amatores honoris, et appetentes actiones aliquas, et maxime si circa haec amatores honoris sint, quae alii indigni existentes obtinent. et totaliter dignificantes ipsi se ipsos quibus alios non dignificant, nemesitici his et pro his. propter quod et serviles et pravi et non amatores honoris non nemesitici. neque enim tale est quo se ipsos putant dignos esse. manifestum autem ex his de quibus infortunantibus, et male agentibus, aut non obtinentibus gaudere vel sine tristitia se habere oportet. ex dictis enim opposita sunt manifesta. quare si iudices tales effecerit oratio et dignificantes et in quibus misereri ostendat indignos qui entes obtinere, dignos autem non obtinere, impossibile misereri.

Cap. X.

Palam autem et de quibus invident, et quibus, et qualiter habentes, si quidem est invidia tristitia quaedam super bona actione apparente dictorum bonorum circa similes, non ut aliquid sibi, sed propter illos. invidebunt quidem enim tales quibus sunt aliqui similes aut videntur. similes autem dico secundum genus secundum cognationem, secundum staturam, secundum habitum, secundum opinionem, secundum ea quae existunt, et quibus in modico deficit quod non omnia existunt. propter quod magna agentes, et bene fortunantes invidiosi sunt. omnes enim putant sua ferre. et qui honorantur in aliquo differenter, et maxime in sapientia aut felicitate. et amatores honoris magis invidiosi quam non amatores honoris. et opinati sapientes. sunt enim amatores honoris in sapientia. et universaliter amatores famae circa aliquid invidiosi circa hoc. et pusillanimosi. omnia enim magna videntur ipsis esse. de quibus autem invident, bona quidem dicta sunt. in quibus

2 maxime si] *μάλιστα* 6 tale est] *οὐδὲν γάρ ἐστιν οὗ* ex A, ceteri *τοιοῦτον οὗ* 10 dignificantes] *ἀξιοῦντας ἐλεεῖσθαι* et in quibus om M 11 qui entes lac. M *ἀναξίους μὲν ὄντας* 18 staturam] *ἡλικίαν*, statutum V, statutam M 20 modicum M 28 in quibus] *ἐφ' ὅσοις*, sed A *ἐφ' οἷς*

enim amant opinione esse, et amantes honorari in operibus, et appetunt opinionem, et quaecunque eufortunia sunt, fere circa omnia invidia est, et maxime quae ipsi aut appetunt, aut oportere se habere putant, aut quorum possessione in modico ipsi excellunt aut in modico deficiunt. manifestum autem et quibus invident. similiter enim dictum est. propinquis enim et tempore, et loco, et aetate, et opinione invident. unde dictum est: quod cognatum enim invidere scit. et ad quos sunt in amore honoris. sunt enim in amore honoris ad dictos; ad eos autem qui in millesimo anno erant, vel ad futuros aut mortuos nullus. neque ad eos qui apud Herculis columnas, neque quorum multum putant apud ipsos aut alios deficere, neque quorum multum excellere. eodem modo et ad hos et circa talia. quum autem ad circaagonizantes et circaaffectantes, et totaliter ad eadem appetentes sunt in amore honoris, necesse maxime his invidere. propter quod quidem dictum est: et figulus figulo. et his qui cito [quam cito] qui aut vix obtinent aut non obtinent. et quibus aut possidentibus aut dividentibus opprobrium ipsis. sunt autem et isti prope similes. manifestum enim quod penes ipsos non adipiscuntur bonum. quare hoc contristans facit invidiam. et his qui aut habent haec aut possederunt, quae ipsis conveniebant, aut possidebant aliquando; propter quod senes in moribus. et qui multa expenderunt in idem his qui pauca invident. palam autem et de quibus gaudent qui tales, et in quibus et qualiter habentes. quomodo enim non habentes tristantur, sic habentes delectabuntur. quare si ipsi quidem efficiantur habere sic, qui autem misericordiam recipere aut obtinere aliquid bonorum dignificantur sicut qui dicti, palam quod non obtinebunt misericordiam a dominis.

---

1 operibus] ἢ κτήμασι addita ex A 6 similis E, leg. simul ἅμα 8 enim] γὰρ καὶ 9 enim] μὲν γάρ, sed μὲν om A 12 aut] aut ab E ἢ παρὰ 16 propter quod quidem] ὅθεν, sed A διόπερ 17 qui om E quam cito om M 18 obtinent] adde invident 19 dividentibus] κατορθούντων 20 prope] ἐγγὺς καὶ ex A 22 quae] ὅσα ex A 23 scrib. iunioribus 28 aliquid bonorum] τινὸς ἀγαθοῦ

Cap. XI.

Qualiter autem habentes zelant, et qualia et super quibus hinc manifestum. si enim zelus tristitia quaedam super apparenti praesentia bonorum honorabilium et contingentium sibi accipere propter similes natura, non quia alii, sed quia non etiam sibi sunt; propter quod et epiekes est zelus et epiekorum, invidere autem pravum et pravorum. hic quidem enim se ipsum praeparat propter aemulationem ut obtineat bona, hic autem ut proximus non habeat propter invidiam, necesse itaque zelativos quidem esse dignificantes se ipsos bonis quae non habent. nullus enim dignificat ea quae videntur impossibilia. propter quod iuvenes et magnanimi tales. et quibus existunt talia bona quae pretiosis digna sunt viris. sunt autem talia divitiae et multorum amicitia, et principatus et quaecunque talia. ut enim conveniret ipsos bonos esse, quod conveniebant bene habentibus, zelant talia bonorum. et quos alii dignificant. et quorum progenitores aut cognati, aut familiares, aut genus, aut civitas honorabiles, aemulativi circa haec. convenientia enim putant sibi esse et digni his. si autem sunt zelabilia honorabilia bona, necesse virtutes esse tales, et quaecunque aliis proficua et beneficiativa. honorant enim beneficos et bonos. et quorumcunque bonorum fruitio proximis est, velut divitiae, et pulchritudo magis sanitate. manifestum autem et zelabiles. sunt autem quae dicta sunt haec, puta fortitudo, sapientia, principatus; principes enim multos possunt beneficiare, duces exercitus, rhetores, omnes qui talia possunt. et quibus multi similes volunt esse, aut multi noti aut amici multi. aut quos multi mirantur, aut quos ipsi mirantur. et quorum laudes et commendationes dicuntur aut a poetis, aut a scriptoribus verborum. despiciunt autem contraria. contrarium autem aemulationi despectio est, et aemu-

4 propter] περὶ 12 autem talia] γὰρ ταῦτα 14 conveniebant] προσῆκε 17 gens? ἔθνος 23 zelabiles] ζηλωτοὶ τίνες, οἵ γὰρ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κεκτημένοι ζηλωτοί. 25 duces exercitus] στρατηγοί 29 aut a scriptoribus] ἢ λογογράφων autem] γὰρ

lari ei quod est despicere. necesse autem qui ita habent, ut zelentur despectivos esse eorum et in his quicunque habent mala contraria bonis zelabilibus. propter quod saepe despiciunt benefortunantes, cum sine honorabilibus bonis adsit ipsis fortuna. per quae quidem igitur passiones fiunt et dissolvuntur, et ex quibus persuasiones fiunt de ipsis, dictum est.

Cap. XII.

Mores quales quidem et passiones et habitus secundum aetates et fortunas, pertranseamus post haec. dico autem passiones quidem iram, concupiscentiam et talia, de quibus dicimus prius, habitus virtutes et malitias. dictum est autem et de his prius, et qualia eligunt singuli et quorum operativi. aetates autem sunt iuventus et acme et senectus. fortunam autem dico ingenuitatem, et divitias, et potentias et contraria his, et omnino eufortunium et infortunium. iuvenes quidem igitur secundum mores sunt concupiscitivi, et quales facere quaecunque concupiverint. et earum quae circa corpus concupiscentiarum maxime sectatores sunt earum quae circa venerea et incontinentes huius. facile autem permutabiles et saturabiles ad concupiscentias. et vehementer quidem concupiscunt, celeriter autem desinunt. acutae enim voluntates, et non magnae, sicut quae laborantium sites et fames. et animosi et acutae irae, et quales assequi impetum. et minores sunt irae. propter amorem enim honoris non sustinent cum parvipenduntur, sed indignantur, si putant iniusta pati. et amatores quidem sunt honoris, maxime autem amatores victoriae. excellentiam enim concupiscit iuventus. victoria autem excellentia quaedam. et ambo haec magis quam amatores pecuniarum. minime autem amatores pecuniarum propterea quod nondum indigentiam experti sunt, quemadmodum Pittaci habet eloquium ad Amphiaraum. et non maligni moris, sed facilis moris, propterea quod nondum vidit

2 zelentur] ζηλῶσαί τινας ἢ ζηλοῦσθαι 6 et ex] ἐξ sed V καὶ ἐξ 7 mores] τὰ δὲ ἤθη ποῖοί τινες et] κατὰ, sed QZ καὶ secundum] καὶ 10 habitus .. prius om M ἕξεις δὲ autem et] δὲ ex A 25 maxime] μᾶλλον 30 ad] εἰς

multas nequitias. et facile creditivi, propterea quod nondum in multis decepti sunt. et bonae spei. sicut enim vinolenti, ita percalidi sunt iuvenes a natura; simul autem et propterea quod non in multis repulsam passi sunt. et vivunt secundum plurimam spem. spes quidem enim futuri est; memoria autem praeteriti. iuvenibus autem quod quidem futurum multum, praeteritum autem breve. prima enim die memoriati quidem nihil putabuntur, sperare autem omnia. et facile autem seducibiles sunt propter id quod dictum est. sperant enim facile. et viriliores. animosi enim et bonae spei, quorum hoc quidem non timere, hoc autem audere facit. neque enim iratus nullus timet; sperareque bonum aliquod ausibile est. et erubescitivi sunt. nondum enim bona alia existimant, sed eruditi sunt a lege solum. et magnanimi. neque enim vita nondum humiliati sunt, sed necessariorum inexperti sunt; et dignificare se ipsum malignis magnanimitas est. hoc autem eius qui bonae spei. et magis eligunt agere honesta quam conferentia. non enim vivunt magis quam ratiocinationi. est autem ratiocinatio quidem conferentis, virtus autem honesti. et amatores amicitiae, et amici et amatores sodalium magis quam aliarum aetatum, quod gaudent in convivendo et nondum ad conferens iudicare nihil; quare neque amicos. et omnia in magis et vehementius peccant praeter edulium. omnia enim valde agunt. amant enim valde, et odiunt valde et alia omnia similiter. et scire omnia putant, et affirmant. h. enim causa est et eius quod omnia valde. et iniustitias inferunt in contumeliam, non in nequitiam. et miserativi quod omnes bonos et meliores arbitrabantur. sua enim innocentia proximos mensurant. quare indigna pati existimant ipsos. et amatores risus. propter quod et eutrapeli. eutrapelia autem erudita contumelia est.

---

4 non] μήπω, sed A μή et vivunt . . spes om M 5 plurimum spe? 8 putabuntur] οἴονται 9 aut E Graecis deest 14 solum om MV 15 nondum] πω sed A οὔπω 18 non] om M, scrib. mori 20 et amici] Graecis deest, sed A habet καὶ φίλοι 23 edulium] χιλώνειον 27 non in] καὶ οὐ, sed A om καὶ 30 autem] γὰρ 31 est] ἐστίν . τὸ μὲν ουν τῶν νέων τοιοῦτόν ἐστιν ἦθος.

CAP. XIII.

Senes autem et qui provectae aetatis fere ex contrariis horum secundum plurima habent mores. quia enim multis annis vixerunt et in pluribus decepti fuerunt et peccaverunt, et plurima prava sunt negotiorum, et non affirmant aliquid, minus autem valde omnia quam oportet. et putant, sciunt autem nihil, et dubie sententiantes apponunt semper aeque et forte. et omnia dicunt ita, fixe autem nihil. et cacoethes sunt; est enim cacoetheia in deterius estimare omnia. adhuc autem male suspiciosi propter incredulitatem, increduli autem propter experientiam. et neque amant valde neque odiunt propter haec, sed secundum Biantis adiectionem et amant ut odituri, et odiunt ut amaturi. et sunt pusillanimes, quia humiliati sunt a vita. nullum enim magnum, neque superfluum, sed ea quae ad vitam concupiscunt. et illiberales. unum enim aliquid necessariorum substantia; simul autem et propter experientiam sciunt, quod difficile est possedisse, et facile abiicere. et formidolosi et omnia protimentes. contrarie enim disponuntur iuvenibus. infrigidati enim sunt, hi autem calidi. quare viam praeparavit senectus formidini. etenim infrigidatio quaedam. et amantes vivere et magis in ultima die, propterea quod eius quod abest concupiscentia; et quo indigentes, hoc autem maxime desideratur. et amatores sui magis quam oportet. pusillanimitas enim quaedam et. h. et ad conferens vivunt, sed non ad honestum, magis quam oportet propter esse amatores sui. quod quidem enim conferens est, ipsi bonum est, honestum autem simpliciter. et inerubescitivi magis quam erubescitivi. propterea enim quod non curant similiter honestum et conferens, parvi pendunt reputari. et

---

4 plurima] *τὰ πλείω* et non] *οὔτε* 5 aut E *τε* 6 dubie sententiantes] *ἀμφισβητοῦντες*, sed A *ἀμφιδοξοῦντες* 7 et cacoethes . . experientiam om E 17 praetermittentes E 19 etenim] *καὶ γὰρ ὁ φόβος κατάψυξις τίς ἐστιν* 20 magis] *μάλιστα*, sed A *μᾶλλον* 21 quo indigentes hoc autem] *οὗ δὲ ἐνδεεῖς τούτου* indigetur EM 22 desiderant? nam praeter A ceteri *ἐπιθυμοῦσι* 26 est del.

difficiles spei propter experientiam. plura enim eorum quae fiunt mala sunt. eveniunt enim multa in deterius, et ad hoc propter timiditatem. et vivunt memoriae magis quam spei. vitae enim quod quidem reliquum modicum, quod autem praeteritum multum, est autem spes quidem futuri, memoria autem praeteritorum; quod quidem causa et nugacitatis ipsis. perseverant enim facta recitantes; recordantes eius delectantur. et irae acutae quidem, debiles autem sunt. et concupiscentiae hae quidem defecerunt, hae autem debiles. quare neque activi neque desiderativi secundum concupiscentias, sed secundum lucrum. propter quod temperati videntur tales. concupiscentiae enim abierunt et serviunt lucro. et magis vivunt secundum ratiocinationem quam secundum morem. ratiocinatio quidem enim conferentis, mos autem virtutis est. et iniustitias faciunt in nequitiam, non in contumeliam. miserativi autem et senes sunt, sed non propter eadem iuvenibus; hi quidem enim propter amicitiam humanam, hi autem propter imbecillitatem. omnes enim putant esse prope ipsis in pati. hoc autem erat miserabile. unde planctivi sunt et non eutrapeli, neque amatores risus. contrarium enim planctivum ei quod est amare risus. iuvenum quidem igitur et senum mores tales. quare quum suscipiunt omnes orationes quae dicuntur ad proprios mores, et similes, non inmanifestum, qualiter utentes orationibus, tales videntur et ipsi et orationes.

Cap. XIV.

Qui autem in statu, manifestum quod intermedie horum secundum morem erunt, utrorumlibet auferentes superabundantiam, et neque valde audentes; audacia enim quod tales, neque valde timentes, bene ad ambo se habentes. neque omnibus concredentes, neque omnibus discredentes, sed se-

10 activi neque desiderativi] ἐπιθυμητικοὶ οὔτε πρακτικοί, sed illud A 11 temperati] καὶ σωφρονικοί, sed A καὶ om 12 enim] autem E 18 omnes] πάντα 23 proprios mores] τῷ σφετέρῳ ἤθει 24 videantur M φανοῦνται ex A 25 statu] acme? ἀκμάζοντες 26 et secundum E 27 quod tales] τὸ τοιοῦτον 28 bene] καλῶς δέ, sed praeter A ceteri δὲ om

cundum veritatem iudicantes magis. et neque ad honestum viventes solum, neque ad conferens, sed ad ambo. et neque ad parcitatem, neque ad prodigalitatem, sed ad conveniens. similiter autem et ad iram et ad concupiscentiam. et temperati cum virilitate, et viriles cum temperantia. iuvenibus et senibus divisa sunt haec. sunt enim iuvenes quidem viriles et intemperati, senes autem temperati et formidolosi. ut autem universaliter est dicere, quaecunque quidem partita sunt iuventus et senectus proficuorum, haec habent, quaecunque autem superabundant aut deficiunt, horum mediocre et congruum. est autem in statu corpus quidem a triginta annis usque ad triginta quinque; anima autem uno opus est usque ad quinquaginta. de iuventute quidem igitur et senectute et acmes, qualium morum unumquodque est dicta sint tanta.

Cap. XV.

De his autem quae a fortuna fiunt bonis, per quaecunque ipsorum et mores quales quidam accidunt hominibus, dicamus consequenter. nobilitatis quidem igitur mos est, magis amatorem honoris esse eum qui habet ipsam. omnes enim cum adsit aliquid ad hoc accumulare consueverunt. nobilitas autem honorabilitas progenitorum est. et despectivum etiam similium progenitoribus ipsorum, quod longe haec magis quam prope facta honorabiliora et magis iactabilia. est enim nobile quidem secundum generis virtutem; generosum autem secundum non degenerasse a natura; quod quidem ut in pluribus non accidit nobilibus, sed sunt multi levis valoris. fertilitas enim quaedam est in generibus virorum, quemadmodum in his quae per regiones fiunt; et aliquando si sit bonum genus fiunt per quoddam tempus viri superflui; deinde iterum suspenduntur. degenerant autem quae quidem bene nata genere in saniores mores, velut qui ab Alcibiade, et qui a Dionysio

9 haec] ταῦτα ἄμφω ex A, sed alii om ἄμφω 12 usque ad quinquaginta om M 13 acmes] ad cives E 20 autem honorabilitas om E ἐντιμότης τις sed τις om A 22 magis iactabilia] εὐαλαζόνευτα enim] δὲ 28 suspenduntur] ἀναδίδωσιν 29 genere] γένη 30 scrib. in insaniores

priore; haec autem perstitiva in deteriorationem et verecundiam, velut qui a Cimone et Pericle et Socrate.

Cap. XVI.

Divitiis autem qui assequuntur mores, leviter est videre omnibus. contumeliosi enim et elati, patientes aliquid a possessione divitiarum. tamquam enim habentes omnia bona sic disponuntur. divitiae autem quasi pretium quoddam sunt dignitatis aliorum. propter quod videntur omnia appretiabilia esse ipsarum. et delicati et iactatores; et delicati quidem propter delicias et insinuationem felicitatis; iactatores autem et infestatores, quod semper consueverunt demorari circa amatum et admiratum ab ipsis, et quia putant aemulari alios quae et ipsi. simul autem et merito hoc patiuntur. multi enim sunt qui indigent habentibus. unde et illud Simonidis dictum est de sapientibus et divitibus ad uxorem Hieronis, interrogantem, utrum melius fieri divitem vel sapientem. sapientis enim, ait, est videri ad ianuas divitum frequentantes. et putare dignos esse principari. habere enim putant quorum gratia principari dignum. et ut in summa, insensati felicis mores divitiarum sunt. differunt autem his qui nuper possederunt et his qui ab antiquo mores in eo quod omnia magis, et peiora mala habeant nuper ditati. quasi enim ineruditio divitiarum est nuper ditatum esse. et iniustitias faciunt non nequitiales, sed has quidem contumeliosas, has autem incontinentiales, puta in percussionem et moechiam.

Cap. XVII.

Similiter autem et de potentia fere secundum plurima manifesti sunt mores; hos quidem enim divitiis eosdem habent potentia, hos autem meliores. magis enim amatores honoris,

---

6 autem] γὰρ sed YZ δὲ 8 lactitores M et delicati] τρυφεροὶ 10 semper] vel omnes M πάντας 15 sapientem] σοφόν, πλούσιον εἰπεῖν, et om QYZ 19 mores divitiarum sunt] ἦθους ὁ πλοῦτός ἐστιν 25 secundum plurima] τὰ πλεῖστα 27 magis enim . . mores om E καὶ ἀνδρωδέστεροί εἰσι τὰ ἤθη, sed A φιλανδρωδέστεροι

magis amatores virilitatis sunt secundum mores potentes divitibus, quod affectant opera, quaecunque potestas ipsis agere propter potentiam. et magis studiosi propter in cura esse, coacti intendere in ea quae circa potentatum et tentores ad graviores. facit enim reverentiores dignitas. propter quod moderantur. est autem reverentia mollis et decens gravitas. et si iniurientur, non in parvis iniuriatores sunt, sed secundum magna iniuriantur. bona autem fortuna secundum partes quidem dictorum habet mores. in haec enim tendunt quae maxime videntur bonae fortunae; et adhuc in bonam prolem. et secundum corpus in bonis bona fortuna exhibet abundare. elatiores quidem igitur, et magis impraemeditativi propter bonam fortunam sunt. unus autem assequitur optimus mos bonae fortunae, quod amatores dei sunt et habent se ad divinum aliqualiter credentes propter facta bona a fortuna. de his quidem igitur quae secundum aetatem et fortunam moribus dictum est. contrarii enim dictis ex contrariis manifesti sunt, velut pauperis et infortunati mos et impotentis.

Cap. XVIII.

Quoniam autem probabilium orationum usus ad iudicium est; de quibus enim scimus et iudicamus, nihil adhuc opus est oratione; est autem, sive ad unum aliquis oratione utens exhortetur dehortetur, velut monentes faciunt aut suadentes; nihil enim minus iudex est unus; quem enim oportet persuadere, iste est ut simpliciter dicere iudex, sive ad altercantem, sive ad hypothesim dicat quis, similiter; ratione enim necesse uti et destruere contraria, ad quae sicut ad altercantem orationem facit; eodem autem modo et in exclamativis; quasi enim ad iudicem ad consideratorem oratio consistit; totaliter

4 potentatum] lac. M *δύναμιν* et tentores ad] reverentores autem M scrib. et reverentiores aut *καὶ σεμνότεροι ἢ* 5 reverentiores] *ἐμφανεστέρους* sed A *σεμνοτέρους* 8 secundum partes quidem] *κατά τε μόρια*, sed A *κατὰ μόριά τε* 10 maximae? 18 impotentis] V in potentiis M in pecuniis E 22 exhortetur dehortetur] exhortantem E *προτρέπῃ ἢ ἀποτρέπῃ* sed *ἢ ἀποτρέπῃ* om QYZ 23 est] om A, ceteri *ἐστὶν* 26 sicut ad] *ὥσπερ*

autem solus est simpliciter iudex qui in civilibus concertationibus inquisita iudicat; quae enim dubitantur, inquiruntur quomodo habent, et de quibus consiliantur; de his autem qui secundum civilitates moribus in deliberativis dictum est prius: quare determinatum utique erit, et qualiter et quae per orationes morales faciendum. quum autem ad unumquodque quidem genus orationum aliud aliquid erat finis, de omnibus autem ipsae acceptae sententiae propositiones sunt, ex quibus persuasiones ferunt et deliberantes et exclamantes et litigantes; adhuc autem, ex quibus morales orationes contingit facere, et de his determinatum est, reliquum nobis pertransire de communibus. omnibus enim necessarium, quae de possibili et impossibili ad utendum in orationibus; et hos quidem quod erit, hos autem quod factum est, tentare ostendere. adhuc autem de magnitudine commune omnium orationum est. utuntur enim omnes augmentatione et diminutione et deliberantes et dehortantes et laudantes aut vituperantes, aut accusantes et defendentes. his autem determinatis de enthymematibus communiter temptemus dicere, si quid habemus, et de exemplis, quatenus reliqua apponentes perficiamus quod a principio propositum. est autem communium augere quidem propriissimum exclamativis, sicut dictum est. quod autem factum iudicialibus. de his enim iudicium. possibile autem et futurum deliberativis.

Cap. XIX.

Primo quidem igitur de possibilibus et impossibilibus dicamus. si itaque contrarium sit possibile aut esse aut fieri, et contrarium videbitur utique esse possibile, puta si possibile

1 simpliciter] c u m s i m p l i c i t e r E hic codicem A sequitur, paulo post vero *ὁ ἐν τοῖς πολιτ.* quod QYZ 5 p e r E post o r a t i o n e s. scrib. p e r q u a e 7 omnibus] o r a t i o n i b u s E 8 ipsae] *αὐτῶν* propositiones] *καὶ προτάσεις* sed A om *καὶ* 13 ad utendum] *προσχρῆσθαι* 17 et dehortantes] om M *ἢ ἀποτρέποντες* e t v i t u p e r a n t e s M aut accusantes et] *ἢ κατηγοροῦντες καὶ* 19 c o m m u n i b u s E 25 possibilibus et impossibilibus] *δυνατοῦ καὶ ἀδυνάτου* ex A

hominem convaluisse, et aegrotasse. eadem enim potentia contrariorum qua contraria. et si id quod simile possibile, et simile. et si quod difficilius possibile, et quod facilius. et si studiosum aut honestum fieri possibile, et totaliter possibile fieri. difficilius enim honestam domum quam domum esse. et cuius principium potest fieri, et finis. nihil enim fit neque incipit fieri impossibilium, utputa commensurabilem diametrum esse neque utique incipiet fieri, neque fit. et cuius finis, et principium possibile. omnia enim ex principio fiunt. et si posterius substantia vel generatione possibile fieri, et quod prius; puta si virum possibile fieri, et puerum; prius enim illud fit. et si puerum, et virum; principium enim illud. et quorum amor et concupiscentia natura est. nullus enim impossibilia affectat neque concupiscit ut in pluribus. et quorum scientiae sunt et artes, possibile haec et esse et fieri. et quorumcunque principium generationis in his est quae nos cogemus utique aut persuadebimus. haec autem sunt, quibus potentiores, aut domini aut amici. et quorum partes possibiles, et totum. et quorum totum possibile, et partes ut in pluribus. si enim antescismum, et caputium et tunica potest fieri, et indumentum possibile fieri. et si indumentum, et praecissum et capucium. et si genus totum possibilium fieri, et species, et si species, et genus; puta si navis fieri possibilis, et triremis; et si triremis, et navis. et si alterum eorum quae adinvicem nata sunt, et alterum, puta si duplum et dimidium, et si dimidium, et duplum. et si sine arte et praeparatione possibile fieri aliquid [fieri] magis per artem et curam possibile. unde et ab Agathone dictum est: et utique haec quidem fortuna agere, haec autem nobis necesse et fortuna adveniunt. et si deterioribus et minoribus, et imprudentioribus possibile, et contrariis magis; quemadmodum et

---

13 amor et] ἔρως ἢ 20 antecessum M antecisum V πρόσχισμα caputivum E capitum M κεφαλίς 21 indumentum] ὑποδήματα . . ὑποδήματα 22 capucium] κεφαλὶς καὶ χιτών sed om A 27 fieri aliquid] γενέσθαι ex A, alterum fieri om MV 29 fortuna] τέχνῃ, sed libri τύχῃ

Isocrates ait, dirum esse, si quidem enthimescides dicit, ipse autem non possit invenire. de impossibilibus autem palam quod ex contrariis, quae dicta sunt, existunt. si autem factum aut non factum est, ex his considerandum. primum quidem enim, si quod minus fieri natum factum est, utique erit et quod magis natum est. et si quod posterius consuevit fieri factum est, et quod prius factum est; puta si oblitus est, et didicit aliquando hoc. et si potuit et voluit, egit. omnes enim cum potentes velint agunt. impedimentum enim nullum. adhuc si voluit et nullum extrinsecorum prohibuit. et si possibile, et ordiebatur. et si poterat et affectabat. ut enim in pluribus, quae appetunt, si possunt faciunt quidem pravi propter incontinentiam, epikees autem, quod epikea desiderant. et si debebat fieri, et facere. verisimile enim eum qui futurus erat, et fecisse. et si facta sunt, quaecunque nata fuerunt, ante illud aut gratia illius; puta si coruscavit et tonuit, et si attentavit et fecit. et si quaecunque posterius nata fuerant fieri, aut cuius gratia fit, facta sunt, et si quidem prius, et huius gratia post hoc factum est; puta si tonuit, et coruscavit, et si egit, et attentavit. sunt autem horum omnium haec quidem ex necessitate, haec autem ut in pluribus est habentia. de eo autem quod est non factum esse, manifestum quod ex contrariis horum quae dicta sunt. et de futuro quidem ex iisdem palam. quod enim in potestate et voluntate est, erit. et quae in affectu et ira et ratiocinatione cum potestate sunt. propter haec si in exordio fiendi in proximo vel in futuro, erunt. ut enim in pluribus fiunt magis futura quam non. et si praefacta sunt quaecunque prius nata fuerunt fieri, puta si nubes densantur, verisimile pluere. et si quod gratia huius factum est, et hoc verisimile fore; puta

1 enthimifori dicit M, εὔθυνος ἔμαθεν, alii εὔθυμος 9 compotentes ME 10 possibile] ἐδύνατο sed A δυνατὸν 11 ordiebatur] ὠργίζετο 12 faciunt quidem pravi] καὶ ποιοῦσιν οἱ μὲν φαῦλοι 19 et huius gratia post] et E καὶ τὸ τούτου ἕνεκα γέγονε 20 acceptavit M, ita et supra 22 est habentia] οὕτως ἔχοντα 24 quidem] Graecis deest 26 si] καὶ εἰ fiendi] τοῦ ποιεῖν 28 quam non] ἢ τὰ μὴ μέλλοντα, praecedens μέλλοντα Bkko autore om A praedicta V

si fundamentum et domus. de magnitudine et parvitate negotiorum, et maiori et minori, et totaliter de magnis et parvis ex praedictis a nobis est manifestum. dictum est enim in deliberativis de magnitudine bonorum, et de maiori simpliciter et minori. quare secundum unamquamque orationem propositus finis bonus est; puta conferens et honestum, et iustum qualiter illorum sumendum augmentationes omnibus. propter haec autem inquirere de magnitudine simpliciter et eminentia vane loqui est. principaliora enim ad oportunitatem universalibus singularia rerum. de possibili quidem igitur et impossibili, et utrum factum est aut non factum est, et utrum erit aut non erit; adhuc autem de magnitudine et parvitate negotiorum dicta sunt haec.

Cap. XX.

Reliquum autem de persuasionibus omnibus dicere, cum quidem dictum est de propriis. sunt communes autem persuasiones duae genere exemplum et enthymema. sententia enim pars enthymematis est. primo quidem igitur de exemplo dicamus. simile enim inductioni exemplum. inductio autem exemplum. exemplorum autem species duae sunt. una quidem enim species exempli est, dicere res prius gestas, una autem quod ipse faciat. huius autem unum quidem parabola, unum autem fabulae, velut Aesopicae et Libycae. est autem exemplum quidem tale quod quemadmodum si quis dicat, quod oportet contra regem praeparari, et non sinere Aegyptum diripi. etenim prius Darius pervagatus est, antequam Aegyptum caperet; cumque autem cepisset, pervagatus est. et iterum Xerxes non prius diripuit, antequam caperet. cum autem cepisset, pervagatus est. quare et iste si ceperit, pervaga-

5 orationem] τῶν λόγων 6 qualiter illorum] qualiter illo E φανερὸν ὅτι δι' ἐκείνων 7 propter] scrib. praeter παρὰ ταῦτά τι ζητεῖν 11 et utrum erit] καὶ ἔσται 13 sint? 14 omnibus] scrib. communibus omnibus 23 quod om M scrib. quid 25 etenim prius] καὶ γὰρ sed A πρότερον addit pervagatus est antequam] οὐ πρότερον διέβη πρὶν 27 diripuit] ἐπεχείρησε

bitur. propter quod non permittendum. parabola autem Socratica; puta si quis dicat, quod non oportet sorte electos principari. simile enim, si quis athletas sorte instituat, qui non possunt decertare, sed quaecunque eveniant; aut nautarum, quam oportet gubernare, sorte fiat, tamquam oporteat sorte tractum, sed non scientem. fabula autem, qualis quae Stesichori ad Phalaridem, et Aesopi et de rectore populi. Stesichorus quidem enim, eligentibus Himeraeis ducem exercitus imperatorem Phalaridem, et daturis cautelam corporis, cum alia disseruisset, dixit enim fabulam: quomodo equus obtinebat pratum solus; adveniente autem cervo, et corrumpente pascua, volens punire cervum interrogabat quemdam hominem si posset cum ipso punire cervum. ille autem ait, si acceperit frenum, et ipse ascenderit super eum, habens lanceam. cum consensisset autem et ascendisset pro eo ut puniret, ipse servivit iam homini. ita autem et vos, ait, videte, ne, volentes adversarios punire, idem patiamini cum equo. frenum quidem enim habetis iam, eligentes ducem exercitus imperatorem; si autem cautelam dederitis et supergredi siveritis, servietis iam Phalaridi. Aesopus autem in Samo populum alloquens, cum iudicaretur rector populi ad mortem, ait, vulpem transeuntem fluvium propulsam fuisse in lacunam, et cum non posset exire, multo tempore affligebatur, et muscae caninae multae erebant ei. ericius autem errans ut vidit ipsam, misertus est interrogavitque, si auferat ab ipsa muscas caninas. auferre eum autem non permisit. quaerente autem propter quid, dixit: quia istae quidem iam de me plenae sunt, et modicum trahunt sanguinem; si autem has abstuleris, aliae venientes famelicae epotabunt inde reliquum

---

3 qui non possunt] *μὴ οἳ ἂν δύνωνται* sed A *οἳ μὴ δύνανται* 4 scrib. quicunque *οἳ ἂν λάχωσιν* 7 ad] om M *περὶ φαλάριδος* ex A, ceteri *πρὸς φάλαριν* 9 cautelam] *φυλακὴν* 10 enim fabulam] et familiarii M *αὐτοῖς λόγον* 12 quemdam hominem] hominem quemadmodum E *τὸν ἄνθρωπον*, sed A *τινὰ* 15 lanceam] *ἀκόντια* 21 populum alloquens] *συνηγορῶν*, sed A *δημηγορῶν κρινομένω δημαγωγῶ* 23 et om E *οὐ δυναμένην δέ*, quod *δὲ* om Z 24 erebant] hant M, scrib. haerebant 29 inde] unde M *μου*

sanguinem. ita et vos, viri Samii. iste quidem nihil amplius nocebit; dives enim est. si autem occideritis, alii venient pauperes, qui vos absorbebunt reliqua furantes. sunt autem fabulae concionales et habent bonum hoc, quia negotia quidem invenire similia facta difficile, fabulas autem facilius. facere enim oportet sicut et parabolas, sicut poterit simile videre, quod quidem facere est ex philosophia. faciliora quidem igitur acquirere ea quae per fabulas, utiliora autem ad consiliari quae per negotia. similia enim ut in pluribus futura factis. oportet autem uti exemplis non habentem quidem enthymemata tamquam demonstrationibus. persuasio enim per haec. habentem autem tamquam testimoniis post orationem utentem enthymematibus. praeposita quidem enim assimilantur inductionibus; rhetoricis autem non conveniens inductio, praeterquam in paucis; dicta autem post assimilantur testimoniis. testis autem ubique persuasivus. propter quod et praeponenti quidem necesse multa dicere; dicenti autem post, et unum sufficiens. testis enim credibilis etiam unus opportunus. quot quidem igitur species exemplorum, et qualiter ipsis et quando utendum, dictum est.

Cap. XXI.

De sententiarum autem propositione, dicto quid est sententia, maxime fiet manifestum de qualibusque et quando, et quibus congruit uti sententiis in orationibus. est autem sententia enunciatio non tamen neque de singularibus; puta qualis quis Isocrates, sed de universalibus, neque de omnibus universalibus, puta quod rectum curvo contrarium, sed de

1 vos] *ὑμᾶς ἔφη ὦ*, sed postrema duo om A 2 occideritis] *τοῦτον ἀποκτείνητε* 3 nos M vobis? *ὑμῖν* reliqua] *τὰ κοινὰ* 6 enim om V sicut] *ἄν τις* 7 facere est] est videre facere est E *ῥᾷόν ἐστιν* facile? 8 autem] quidem E 12 postoratione? 13 inductionibus] *ἐπαγωγῇ* ex A 17 et unum] unde E 20 dictum est] dicendum E 22 maxime] *μάλιστ᾽ ἂν* 24 non tamen neque] verum E *οὐ μέντοι* sed *οὔτε* addit A 25 Socrates M *Ἰφικράτης* neque] *καὶ οὐ* ex A, sed ceteri *οὔτε*

quibuscunque actiones, et eligenda aut fugienda sunt ad operari. quare quoniam enthymemata sunt qui de talibus syllogismus, fere conclusiones enthymematum et principia, ablato syllogismo, sunt sententiae; puta: oportet non quando, qui integre sapit vir aptus natus est, pueros superflue edoctos esse sapientes. haec quidem igitur sententia; apposita enim causa et eo quod propter quid, enthymema est ipsum totum; puta: seorsum enim aliud habentes otium a civibus invidiam inveniunt inimicam. et hoc: sicut est vir qui in omnibus feliciter. et hoc: non est virorum, qui sit liber. sententia, cum habito autem enthymema quoddam: aut pecuniarum servus est aut fortunae. si itaque est sententia quod dictum est, necesse quatuor species esse sententiae. aut enim cum postlocutione erit, aut sine postlocutione. declaratione igitur quidem indigentes sunt, quaecunque inopinatum aliquid dicunt aut dubium; quaecunque autem nihil inopinatum, sine postlocutione. harum autem necesse has quidem quod praecognitae sunt, nihil indigere postlocutione; puta: viro autem sanum quidem esse optimum est, ut nobis videtur. videtur quidem enim multis ita. has autem simul dictas manifestas esse attendentibus; puta: nullus amator, qui non semper amat. earum autem quae cum postlocutione hae quidem enthymematis pars sunt; puta: oportet non quando quidem integre sapit. hae autem enthymematicae quidem, non enthymematis autem pars, quae quidem et maxime approbantur. sunt autem hae et in quibus exprimuntur dicti causa, velut in hoc: immortalem iram ne serves mortalis existens. dicere quidem enim, non oportet servare iram, sententia est. quod autem

---

2 talibus] τούτων 4 oportet] χρὴ δ' 6 enim] c̄ M δὲ scrib. autem 8 habentes] ἧς ἔχουσιν 9 invenient M ἀλφάνουσι inimicam] infinitam E sicut] οὐκ in] cum M 10 feliciter] εὐδαιμονεῖ 11 enthymema quoddam] ἐνθύμημα 12 servus] γὰρ δοῦλος 14 igitur om E 18 sanum quidem esse] ὑγιαίνειν 19 ut] ὥσγ' redde huc superius quidem quidem enim] γὰρ sed A μὲν γὰρ 23 oportet] χρὴ δ' quidem om E scrib. qui 26 in quibus] ἐν ὅσαις dicta V 28 oportet] δεῖν ἀεὶ sed ἀεὶ om A, et V oportere

apponitur mortalem existentem propter quod. similiter autem et: mortalia oportet mortalem, non immortalem mortalia sapere. manifestum igitur ex dictis, quot species sententiae, et circa quale unaquaeque congruit. de dubiis quidem enim aut inopinatis non sine postlocutione, sed aut praemissa postlocutione sententia uti ut conclusione, velut si quis dicat: ego quidem igitur, quum neque invidiam pati oportet, neque otiosum esse, non dico oportere erudiri, aut hoc prius dicentem postdicere quae anterius. de his autem quae non inopinatae, inmanifestae autem apposita propter quid evidentissimum. congruit autem in talibus et Laconica dicta et aenigmatica; puta si quis dicat, quod quidem Stesichorus in Locris dixit, quod non oportet contumeliosos esse, quatenus non cicadae de subtus cadent. congruit autem sententias loqui aetate seniorem; de his autem, de quibus expertus quis est; ut hoc quidem non tantum existentem sententias loqui indecens, sicut et mythologyzare; de quibus autem inexpertus, stultum et ineruditum. signum autem sufficiens; rurales enim maxime sententiarum formativi et de facili enunciant. universali autem non existente utiliter maxime dicere congruit in lamentatione infortunii et in adversitate; et in his aut inchoantem aut cum demonstraverit. uti autem oportet et divulgatis et communibus sententiis, si sint utiles. quia enim sunt communes, tamquam confitentibus omnibus recte habere videntur, velut advocati super periclitari eos qui non immolaverant: unus augur optimus decertari pro patria. et super hoc minores existentes, amicus debellator. et ad perimendum inimicorum prolem et nihil iniustum facientem: puer qui patrem peremit, pueros dereliquit. adhuc quaedam prover-

1 propter quod] *τὸ διὰ τί λέγει*, sed A om *λέγει* similiter] *ὅμοιον*, sed A *ὁμοίως* 2 immortalem mortalia] immortalia E scrib mortalem immortalia 4 qualia V 5 postlocutione] privatione E aut] ante V 6 sententia uti om M ut] aut M Graecis deest 10 apponi quidam propter V 13 quatenus ... cadent] qs̃ ñ sita eã dñt M, scrib. canent 15 seniorem] *μὲν πρεσβυτέροις* 17 acholoyzare E 18 enim] autem E 20 congruit] non congruitur E 21 et in] *καὶ* 25 scrib. advocanti

